Lyra Prophetica
DAVIDIS REGIS
Sive
ANALYSIS
CRITICO-PRACTICA
Psalmorum.

IN QUA

Omnes & singulæ voces *Hebrææ* in *Psalterio* contentæ tam Propriæ quàm Appellativæ (nullâ exceptâ) ad Regulas Artis revocantur; earúmque significationes genuinæ explicantur: Elegantiæ linguæ propriæ evolvuntur.

INSUPER

Harmonia *Hebræi* textus cum Paraphrasi *Chaldæa*, & Versione *Græca* LXXII. Interpretum, in locis, sententiis discrepantibus, fideliter confertur.

Cui ad calcem addita est

Brevis institutio Linguæ *Hebrææ* & *Chaldææ*.

Studio & Vigiliis

VICTORINI BYTHNERI Poloni,

Linguæ *Hebrææ* Professoris.

Opus novum: nec antè in tali forma tentatum: in quo quid præstatum, Præfatio ad lectorem indicabit.

ESA. 24. 15.

בָּאֻרִים כַּבְּדוּ יְהוָֹה

In ipsis ignibus celebrate Jehovam.

LONDINI,

Typis *Jacobi Flesher*: Prostat apud *Cornelium Bee* in vico vulgò vocato Little-Britain, M DC LIII.

Almæ Matri, Academiæ

OXONIENSI,

LINGUÆ
Hebrææ antiquissimæ cultrici *;

In eáque
Honoratissimo Dno CANCELLARIO,
Insignissimo Dno VICECANCELLARIO,

Cæterísque
Reverendis, & Clarissimis Dn. Doctoribus, & Professoribus: Collegiorum & Aularum Præsidibus, Rectoribus, Custodibus, Magistris & Præfectis: totíque coronæ studiosorum lectissimæ;

Tenuem hunc obscurúmque laborem,
perpetuæ tamen observantiæ MON.
LIB. MER. D.D.

VICTORINUS BYTHNER,
olim in Æde Christi, Linguæ
Hebr. Prælector.

* In Concilio Viennensi & Lugdunensi, (circa Ann. 1308) sancitum est, *ut in Academiis, Romanâ, Parisiensi, Oxoniensi, Bononiensi, & Salamanticâ, in singulis sint duo Professores linguæ Hebrææ, Arabicæ & Chaldææ.*

Lectori benevolo Salutem.



IN lucem usúmque communem prodit nunc Analysis Critico-Practica libri Psalmorum, *quam emitto, vel potiùs præmitto aliis, quæ in cæteros libros Vet. Test. Deo adnuente, daturi sumus. I, mi liber, ad incerta itinerum exploranda, perscrutare, quinam amici & qui hostes, qui laquei & quæ insidiæ; ut vel tutò posthæc in Famæ campum prodeamus, vel in fidis silentii castris quiescamus: at nunc utcunque res cadet,* ἐῤῥίφθω κύβος. (jacta esto alea.) *Et ne te lateat, Lector, propositi nostri ratio, hæc tene.*

Primò, quòd omnes voces Psalterii, secundùm ἀκρίβειαν *Grammatices enucleavimus, etiam minutissimas; ídque eo consilio, ut non solùm eos, qui vocalis Magistri operâ utuntur, alacriores in hoc studio reddamus, verùm etiam qui mutos adire coguntur, brevi temporis intercapedine,* עִם אֳנִיּוֹת אֵבֶה navibus desiderii (*Job 9.26.*) אֶל מְחוֹז חֶפְצָם ad portum oblectationis ipsorum, (*Ps. 107.30.*) *provehamus. Ideóque characteribus Hebræis, illicò subjunximus lectionem literis Latinis expressam, communi pronunciatione Grammaticorum retentâ, solâ literâ* ע *exceptâ, de qua cum inter eos lis sit, hîc nobis partes Palæmonis assumere non libuit, sed hoc libitui tuo, Lector, reliquimus: vocalem verò* (ֻ) *quæ per* u *acuminato ore effertur, ad differentiam* ו ou *longi, per* ù *notavimus: denique* (ְ) *mobile, cum inchoare debeat, non verò per se constituere syllabam, alteri consonanti semper conjunximus, v.g.* בְּתוֹרָתוֹ Betho-ra-thó, *non verò* Be-tho-ra-tho.

Secundò, ipsos fontes Hebræos, per rivulos diduximus, i.e. expositionem ipsarum vocum, ex probatissimis Grammaticis & Lexicographis, nec non affinium linguarum, Chaldææ, Syræ, nonnunquam & Arabicæ, collatione, addita insuper Græcâ LXXII, *in locis discrepantibus, in-*

terpretatione: ita ut vel hinc pateat studii hujus linguæ necessitas summa. Etsi enim extant interpretationes necessariæ populo, & profectò non contemnendæ, (inquit Phil. Melancthon) tamen Deus semper vult testes illarum interpretationum esse. Nec te offendat Lector, in Latina versione dictionum quasi inconcinna quædam combinatio: nam Hebræismi hic rationem habere voluimus, non verò Latinitatis.

Tertiò, Indicem omnium & singularum vocum Psalterii construximus, idque non sine labore & tædio nostro magno; at cum tuo (Lector) fructu: cùm enim videas, aliquas voces in versibus, vel integros versus in Psalmis, aut etiam totos Psalmos omissos, sit tibi Index, illa omnia jam in prioribus Numeris fuisse tractata, unde eorum interpretationem petes.

Quartò, ipsi Indici Clavem Psalterii subjecimus, h. e. 564 versiculos ex Psalmis decerptos, in quibus omnes & singulas voces Psalmorum, uno quasi ictu oculi intueri potes: quos si probè memoriæ mandaveris, crede mihi magno tibi adjumento ad intelligenda integra Biblia erunt; & verè verum experieris illud: ثَامْلَةٌ بِنْ امْلَةٌ كُول لُولُور اكْلَةٌ gutta cum gutta, lacum facit. *Nam omnes voces Radicales, tam Hebrææ quàm Chaldææ, in Bibliis juxta ordinem Buxtorfii, sunt 2107, ex quibus, subtractis Chaldæis 360, integer numerus purè Hebraicarum manet, 1867, at ex eis, in hisce versiculis reperies 1184, (non ut Tossanus, qui aliquas omisit, 1171.)*

Denique, ad calcem libri, Institutionem linguæ Hebrææ & Chaldææ, addidimus, utramque succinctam, at ad has linguas sufficientem. Et quidem Grammaticæ Hebrææ præmissum est Sceleton, quo Lectorem, probè intellecto schemate Conjugationum pag. 15. proposito, uti potiùs, quàm ipsâ Grammaticâ (compendii ratione habitâ) vellem; cætera usui, qui optimus est magister, committenda.

Et hæc sunt, quæ te paucis scire volui Lector, ut his faveas, &

peregri-

peregrinum hoc idioma considerares, non ut Æneas visis Vulcanianis armis, Miratur, rerúmque ignarus imagine gaudet, (*lib.*8. *Æneid. in fine*) *sed ita ut legendo artifex efficiaris.*

Vale.

ERRATA.

NOnnulli errores inter excudendum sese insinuârunt, quos nec typographi solertia, nec correctoris industria, impedire potuerunt: eos sic corriges.

Pag.1. col.1.lin.33. pro Reg. *96*. lege *76*. Pag.2.col.2. lin.7. pro R. 114. lege 115. Pag.3.col.1.lin.*6*. excidit 1 Pag.141.col.1.lin.14.lege [illegible]. Pag.155. col. 2. lin. 30. deest 112. Pag.16*2*. & 1*6*3. pro Num. 1129——1145. lege 1139—— 1155. In Indice pag. 1. col. 1. lin. 5. pro 937. transpone 973. Pag.38. col.1. lin.40. pro 535. lege 533.

Liber

John

ספר תהלים

Liber *Psalmorum*, Act.1.20. Hebræis inscribitur סֵפֶר תְּהִלִּים *liber hymnorum sive laudum*, eò quòd potissimùm in eis divinæ laudes celebrentur, & gratiæ pro acceptis beneficiis, Deo agantur. Qui titulus sumptus videtur, ex inscriptione Psalmi 145. תְּהִלָּה לְדָוִד *Laus Davidis*, qui totus Psalmus, nil nisi laudes Dei recenset. Græcis, etsi impropriè, dicitur *Psalterium*, quæ appellatio etiam apud Latinos invaluit. Propriè autem Psalterium est instrumentum musicum decachordum, superius ventrem habens concavum, formâ referens Græcorum Δ majusculum: & Hebræis נֵבֶל vocatur, ad cujus sonum Psalmi Davidici in templo decantari solebant. Partiuntur autem Hebræi Psalterium in quinque libros: quorum tres priores finiunt in אָמֵן וְאָמֵן *Amen & Amen*, Psal. 41. vers. ult. Psal. 72. vers. penult. Psal. 88. vers. ult. Quartus in אָמֵן הַלְלוּ־יָהּ *Amen Halelujah*, Psal. 106. vers. ult. Quintus in solo הַלְלוּיָהּ *Halelujah*, Psal. 150. vers. ult.

7 n

PSAL.

PSALMUS I. א

1 אַשְׁרֵי Ash-ré] *Beatitudines*, vel adjectivè *Beatus*, ut LXX μακάριος, Targum טוּבֵיהּ *beatitudo ejus*. Est nomen plurale masculin. absque singulari, idque in Regimine, Regul. 34. Legitur 26. vicibus in Psalmis, sed semel tantùm cum Affixo, אַשְׁרֶיךָ *Beatus tu*, scil. eris, Psal. 128. 2. Potest etiam אַשְׁרֵי exponi adverbialiter, *Benè, Beatè, Fœliciter*, ô quàm prosperè cum eo agetur. Eleganter occurrit cum ellipsi sequentis Nominis, אַשְׁרֵי תִּבְחַר *Beatus* (ille vir quem) *elegeris*, Ps. 65.5. Radix est אָשַׁר *Beatè incessit, Recto pede ambulavit*, sicque congruit cum יָשַׁר *Rectus fuit*, commutatis literis א & (י) R.2.

2 הָאִישׁ Ha-ish] *illius viri*. אִישׁ *Vir*, generaliter *Homo*, ut 1 Chr. 16.21. *Non permisit* לְאִישׁ *Viro*, quod Psal. 105. 14. redditur, *Non sivit* אָדָם *Homini nocere illis*. Item *Vir*, i.e. quilibet, ut Ps. 12.3. *Loquuntur vanitatem* אִישׁ *Vir*, i.e. quilibet. Item *Vir*, i.e. virili animo præditus, Magnas, ut Psal. 49. 3. *Filii hominis & filii* אִישׁ *Magnatis*, Nobiles. Dicitur etiam de aliis rebus, ut Ps. 80.18. *Sit manus tua super* אִישׁ *Virum dextræ tuæ*, i.e. vitem quam plantasti. Legitur in Psalmis cum sex Præfixis, מֵאִישׁ *à Viro*. (ubi מ cum (··) ob indageshabilem, R.74.) הָאִישׁ *Ille vir*, (cum ה Emphat. R.76.) וְאִישׁ *Et vir*, לְאִישׁ *Ad virum*, vel *Viro*, בְּאִישׁ *In virum*. כְּאִישׁ *Sicut Vir*. In plurali אִישִׁים *Viri*, extat semel Psal. 141. 4. pro quo usitatius est אֲנָשִׁים *Viri, Homines*.

3 אֲשֶׁר Ashér] *qui*, Pronomen Relativ. indeclinabile, *qui, quæ, quod*: aliquando Conjunctio, *quoniam, quòd, ut*. Etymon hujus vocis invenire, haud facile est. Habet Synonyma, הַ R. 76. & שֶׁ R. 75. ה Relativum semper in casu recto ponitur, secus quàm אֲשֶׁר & שֶׁ Legitur cum duobus Præfixis, וַאֲשֶׁר *et quòd*, vel *et qui*, כַּאֲשֶׁר *secundùm quod*.

4 לֹא Lo] *non*. Cum Verbis, est prohibendi & negandi adverbium: cum Substantivis, *Sine, Absque*, ut Psal.17.1. בְּלֹא *In non labiis*, i.e. absque. In tota S.Scriptura, occurrit tantùm 35. vicibus cum ו in medio, h.m. לוֹא. Legitur in Psalmis cum 4. Præfixis, שֶׁלֹּא *quòd non*, הֲלֹא *an non?* cum הֲ Interrogativo, R.77. & הֲלוֹא Ps.44.22. וְלֹא *et non*, בְּלֹא *in non*.

5 הָלַךְ Ha-lách] *ambulavit. Ivit, incessit*; metaphoricè usurpatur de vita, moribus & actionibus. In Psalmis in Præterito Kal flectitur sic: הָלַךְ *ambulavit*, הָלַכְתִּי *ambulavi*, הָלְכוּ *exiverunt*: & in pausa converso (:) in (ָ) R. 132, הָלָכוּ *ambulârunt*, Psal. 119. 3.

6 בַּעֲצַת Ba-yatsath] *in consilio*. A יָעַץ *consuluit*, Nom. fœmin. abjecto (י) R. 161.n.1. עֵצָה *consilium*, tam id quod consulitur, quàm quod efficitur consilio. In Regimine converso ה in ת R.34. & (··) in (:) R.116. sub gutturali in (ֲ) R.12. fit עֲצַת *consilium*. In Psalmis legitur cum duobus Præfixis, וְ *Et*, בְּ *In*, quæ habent sub se (:) obsequens (ֲ) R.13. In plurali facit עֵצוֹת *consilia*.

7 רְשָׁעִים Resha-yim] *improborum*. A רָשַׁע *condemnare, injustum comprobare*, est verbum forense, cui opponitur צָדַק *justificare*. Hinc, *Inquietum esse*, quòd injustus corpore, vel saltem conscientiâ quiescere non potest. Unde Nomen radicale רָשָׁע LXX ἀσεβής, *improbus, inquietus*,

inquietus, turbulentus, ut mare propulsum. Esa. 57. 20. Cum Præfixis, מֵרָשָׁע *ab improbo*, הָרָשָׁע *ille improbus*, וְרָשָׁע *& improbus*, לָרָשָׁע *isti improbo*, (excluso ה Emphat. R. 81.) וְלָרָשָׁע *et isti improbo*. In plurali, mutato (ָ) in (ְ) R. 114. facit רְשָׁעִים *impii*. Cum Præfixis, מֵרְשָׁעִים *ab improbis*, הָרְשָׁעִים *isti improbi*, וּרְשָׁעִים *et impii*, וְלָרְשָׁעִים *et ad istos impios*. In Regimine, converso ים in ֵי R. 34. & (ָ) in (ְ) R. 114. ex priori (ְ) fit (ִ) R. 6. facítque רִשְׁעֵי *impii*, Ps. 75. 9.

8 וּבְדֶרֶךְ U-bhedhé-rech] *et in via*. A דָּרַךְ *calcavit*, fit דֶּרֶךְ *Via*, It. *Mos, Consuetudo, Studium*, &c. quæ sunt quasi viæ hominum per quas incedunt versantúrque. Est nomen commun. gener. R. 26. In pausa, mutato priori (ֶ) in (ָ) R. 131. fit דָּרֶךְ. Cum Præfixis, מִדֶּרֶךְ *à via, propter viam*, וְדֶרֶךְ *et via*, בְּדֶרֶךְ *in via*, בַּדֶּרֶךְ *in hac via*, excluso ה Emphat. R. 81. וּבְדֶרֶךְ *et in via*, ubi ו ante Labialem cum ּ R. 78.

9 חַטָּאִים Hhat-ta-ím] **peccatorum*. A חָטָא *peccare, à scopo aberrare*, nomen plur. masc. absque singulari, ex conjug. Pihel deductum, ideóque significationem intendit, ac habitum denotat: חַטָּאִים *habituales peccatores*, qui in quovis opere faciendo delinquunt, sed maximè qui in Religionem divinam peccant. Legitur cum uno saltem Præfixo, וְחַטָּאִים *et peccatores*.

10 עָמָד Ya-mád] *stetit*. Præter. kal, quod in Psalmis flectitur sic: עָמַד *stetit*, vel ab opere *desistit*; & in pausa עָמָד converso (ַ) in (ָ) R. 131. עָמְדָה *stetit illa*, עָמְדוּ *steterunt*, & in pausa עָמָדוּ converso (ְ) in (ָ) R. 132.

11 וּבְמוֹשַׁב U-bhemo-shabh] *et in sede*. A יָשַׁב *sedit*. Nom. masc. Heeman. mutato (י) in ו R. 161. n. 1. מוֹשָׁב *sedes*, quicquid ea sit, ut puta domus, urbs, cathedra, locus ubi quis sedet, manet & habitat: ut עִיר מוֹשָׁב *civitas habitationis*, i.e. habitabilis, Ps. 107. 4. Cum Præfixis, לְמוֹשָׁב *in habitationem*, וּבְמוֹשַׁב *et in consessu*, Targ. וּבְסִיעַת *et in societate*, (ubi in Regimine, (ָ) ultimum transit in (ַ) R. 115.)

12 לֵצִים Le-tsím] *derisorum*. A לוּץ *deridere, illudere*, (sumitur semper in malum) fit לֵץ *derisor, illusor, sophista*, q. sermonis aptator & concinnator ad illudendum & decipiendum. In plurali לֵצִים quod LXX vertunt λοιμῶν, *pestium, pestilentium hominum*.

13 יָשָׁב: Ja-shábh] *sedit*, modò breviori, modò diuturniori tempore, *habitavit*. Præter. kal, quod flectitur sic: יָשַׁב *sedit*, & in pausa יָשָׁב R. 131. יָשַׁבְתָּ *sedisti*, יָשַׁבְתִּי *sedi*, יָשְׁבוּ *sederunt, habitârunt*, וְיָשְׁבוּ *et habitabunt*, Ps. 69. 36. cum ו Conversivo Præteriti, R. 79. יָשַׁבְנוּ *sedimus*.

Vers. 2.

14 כִּי אִם Ki-ím] *Sed*, vel *Quòd si*. כִּי *quia, quoniam*, Ps. 1. 6. *Cùm, quando*, Ps. 2. 12. *Quamvis*, Ps. 25. 11. *Etsi*, Ps. 41. 5. Cum Præfixo, וְכִי *et cùm*, Ps. 120. 7. אִם est conditionale, *Si*, Ps. 7. 4. At hæ duæ dictiones כִּי ׀ אִם aut sunt disjunctivæ, *Quòd si, nam si*; vel sumuntur adversativè, *sed*. Est verò hîc inter has duas voculas lineola perpendicularis (׀) dicta *Pesik*, (pausula) servítque Musicæ.

15 בְּתוֹרַת Betho-ráth] *in lege*. A יָרָה *jecit, projecit*, in Hiph. הוֹרָה *docuit, instituit*: Nom. fœm. Heeman. תּוֹרָה *doctrina*, in qua instituitur aliquis, q. verborū jactationem diceres: hinc sumitur pro *Lege*, eo quòd recta doceat. In Regimine converso ָה in ַת R. 34. fit תּוֹרַת *lex*, cum Præfixo בְּתוֹרַת *in lege*.

יְהוָה

16 יְהוָה Jeho-vá] DOMINI. Nomen Heemanthic. formatum per (י) R.23. (quâ literâ formari solent nomina propria apud Hebræos, ut in Isaac, Jacob, &c.) ab הָוָה vel potiùs הָיָה *fuit*;(sunt enim istæ literæ & (ו) ejus naturæ, ut facilè una in alteram commutetur, R.2.) Est nomen Dei sanctum ab essendo deductum, idem quod אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה (E-hejé asher e-hejé) *Ero qui ero*, Ex.3.14. (ubi Fututum juxta hujus linguæ consuetudinem,rem perpetuam significat: continet enim rationes Præteriti & Præsentis.) LXX. ἐγώ εἰμι ὁ ὢν, *Ego sum ille qui est*: ubi participium ὢν Latinè reddi potest *Ens*, reverà existens, & ab idolis differens, quæ *non sunt*, sed finguntur. Vel JEHOVA potest dici *Essentiator*, quòd essentia & existentia æterna ei soli excellentissimâ quadam ratione, (ut est pelagus omnium perfectionum) sit propria: & propter quem omnia quæ sunt, sunt & existunt. Ab hoc etiam sacro nomine JEHOVA, Gentilitatem nomen *Jovis* elicuisse multi credunt: ac perinde ut Hebræis JEHOVA dicitur ab essentia, ita etiam Græcis Jupiter Ζεὺς à vita. Cæterùm hæc vox יְהוָה præcedente aut sequente nomine אֲדֹנָי punctatur יְהוִה ad formam אֱלֹהִים quomodo quater legitur in Psalmis, Ps.71.5. 109.21. 140. 8. 141. 8.

17 חֶפְצוֹ Hheph-tsó] *oblectatio ejus*. A חָפֵץ *voluit*, fit nomen radicale quinque punctorum, חֵפֶץ *voluntas*, *complacentia*, &c. significat animi propensionem in aliquid. Legitur cum tribus Affixis, ob quæ (..) penult. transit in (:) R. 116. & (∵) ult. in (:) R. 122. ac ex priori (:) fit (∵) R.6. emanátque חֶפְצִי *oblectatio mea*, חֶפְצוֹ LXX. τὸ θέλημα αὐτοῦ, *voluntas ejus*. חֶפְצָם *oblectatio eorum*.

18 וּבְתוֹרָתוֹ U-bhetho-ra-thó] & *in lege ejus*. תּוֹרָה *lex* (supra Num. 15.) cum Affixis mutat ה in ת; R. 104. fitque תּוֹרָתִי *lex mea*, תּוֹרָתְךָ *lex tua*. Et in pausa, mutato (:) in (∵) R.132. תּוֹרָתֶךָ Cum Præfixis; Uno, מִתּוֹרָתְךָ *de lege tua*, & in pausa, מִתּוֹרָתֶךָ (ut ante) וְתוֹרָתְךָ & *lex tua*, כְּתוֹרָתְךָ *secundùm legem tuam*. Duobus, וּבְתוֹרָתוֹ & *in lege ejus*, וּמִתּוֹרָתְךָ & *de lege tua*. In plurali facit תּוֹרוֹת unde cum Aff. & Præf. וְתוֹרֹתָיו & *leges ejus*, Ps. 104. 45.

19 יֶהְגֶּה Jeh-gé] *meditabitur*. A הָגָה quod primariò significat *Auferre, Removere*; pòst translatum ad locutionem internam, notat illum spiritus impetum quem intra nos loquentes q. removemus, emittimúsque, quod Latinis dicitur *Mussitare*, vulgò *Meditari*. Et quoniam locutionem expressam propriè non significat, ideò etiam tribuitur Columbis & Leonibus, ac exprimitur per *Gemere*, *Rugire*. Fut. Kal. quod flectitur sic: אֶהְגֶּה *meditabor* (cum dagesh leni, R. 17. quiescente ה in (∵) R. 65.) יֶהְגֶּה *meditabitur*, masc. pro יְהְגֶּה R.14. & sic in fœmin. תֶּהְגֶּה *meditabitur*, scil lingua, Psal. 35. 28. In plur. יֶהְגּוּ *meditabuntur*, Targ. מְרַנְּנִין *clamant*, Psal.2. 1 It. *mussitabunt*, Ps. 115.7. (pro יֶהְגֶּהוּ excluso ה R.66.)

20 יוֹמָם Jo-mám] *interdiu*. יוֹם *dies* tam naturalis, quàm artificialis: & cum ם Heemanth. יוֹמָם *interdiu*, R. 23. q. מִיּוֹם *de die*, i. e. semper, omni tempore quo otiosus est à negotiis.

21 וָלַיְלָה Va-lái-la] *et noctu*. לַיִל *nox*, quâ ululant bestiæ, ut mutuetur significationem à יָלַל *ululavit*. Est heteroclition, in sing. masculinum, in plur. fœmi-

fœmininum. Cum הָ paragogico, (quod ornatui tantùm servit) fit לַיְלָה mutato (ִ) sub (ְ) in (ַ) R.124. servato accentu in penultima, R. 126. Et in pausa לָיְלָה converso (ַ) in (ָ) R. 131. Cum Præfixis, וָלַיְלָה לְלָיְלָה *& nox in noctem*, Ps. 119.3. הַלַּיְלָה *ipsâ nocte*, Psal.78.14. וּבַלַּיְלָה *& in ipsâ nocte*. (excluso ה Emphat. R.81.) In pausa, *Et custodia.* בַּלָּיְלָה *in ipsa nocte*, Psal. 90 4 (in tres vigilias dividebatur nox) יוֹמָם וָלָיְלָה *interdiu & nocte*, Psal 55.11. ubi ו ante accentum distinguentem, (Rebhia) gestat (ָ) R.78. Et in majori pausa, (qualis est Sylluk & Athnach) scribitur וָלָיְלָה In Plurali, factâ vocalium crasi, fit לֵילוֹת *noctes*, R.124. Cum præfixo, בַּלֵּילוֹת *in ipsis noctibus*, (excluso ה Emphat.) Psal.92. 3.

Vers. 3.

22 וְהָיָה Veha-já] *Et erit.* Est tertia persona masc. Præt. Kal cum ו conversivo Præterit. in Futurum. R. 79. Flectiturq; sic: הָיָה *fuit ille* (ubi ה quiescit in (ָ) R. 65.) שֶׁהָיָה *qui fuit*, Psal.124.1. (cum שֶׁ Relativo, R.75.) וְהָיָה *et erit*, (cum accentu Regio *Rebhia*, R 130.) הָיְתָה *fuit illa*, (mutato ה in ת, R.65.) הָיִיתָ *fuisti*, (converso ה in (י) quiescens R. 66.) הָיִיתִי *fui*, הָיִינוּ *fuimus*. In tertia autem plurali, ה ante ו abjicitur, R.66. fitque הָיוּ (pro הָיְהוּ) *fuerunt*: quod additum Participiis, Præterit. Imperfectum denotat, ac perseverantiam importat: ut עֹמְדוֹת הָיוּ *stantes erant* pedes nostri, i. e. stabant, Psal. 122.2. Et sic in N.T. *Erat docens*, Mat.7.29. *Erat baptizans*, Marc. 1. 4.

23 כְּעֵץ Ke-ýéts] *sicut arbor.* עֵץ *lignum, arbor.* Dicitur de ligno tam exciso, quàm plantato, exceptâ herbâ teneriori. Cum כ similitudinis, R.80. (cui inuritur Dagesh lene, post Quiescentem accentu Regio notatam, R.17.) כְּעֵץ *sicut lignum*, Targ. כְּאִילָן *sicut arbor*. In plurali facit עֵצִים *ligna*: & in regimine converso ים in י. R.34. & (ֵ) in Sheva compositum R. 116. fit, עֲצֵי יַעַר *ligna silvæ*, i. e. arbores steriles & infructuosæ, Ps.96.12. quæ Rabb. עֲצֵי סְרָק *arbores vacuæ* dicuntur. עֲצֵי יְהוָה *ligna Domini*, Ps.104.16. Targ. אִילָנַיָּא דִי בְרָא יְיָ *arbores quas creavit Dominus*, i.e. quæ proveniunt absque cultura humana.

24 שָׁתוּל Sha-thúl] *plantata.* A שָׁתַל *plantavit*; dicitur de arborum plantatione quæ radicem habent, quomodo differt à נָטַע quod est latius. Pahul kal, שָׁתוּל *plantatus*, (quod passionem adhuc durantem notat.) In plur. שְׁתוּלִים *plantati*, Psal.92.14.

25 עַל־ Ýal] *Juxta.* A עָלָה *ascendit*, præpositio עַל quæ pro natura orationis exponitur *Super, Supra, Juxta, Contra, Apud, Ad, Versùs, In, Propter.* Aliquando assumit (י) ad formam Nomin. plur. in regim. R. 34. עָלַי *super*, Psal. 32.5. Cum Præfixis, וְעַל & וְעָלַי *& super*, כְּעַל *sicut super*, Ps. 119.14.

26 פַּלְגֵי Pal-ghe] *rivos.* A פָּלַג *divisit*, Nom. sex punctorum. פֶּלֶג *divisio, rivus, fluvius*, quòd à fonte dividatur, vel quòd terram dividat: quâ de causâ, Mare Græcis Latinísque voce Hebræa *Pelagus* dicitur. In plurali, mutato priori (ֶ) in (:) & posteriori in (ָ) R. 122. fit פְּלָגִים *divisiones*, It. *rivi*. Cum Affixo, פְּלָגָיו *rivi ejus*. In regimine, converso (ָ) in (:) R.114. ex priori (:) fit (ַ) R.6. emergítque פַּלְגֵי LXX. *διεξόδους decursus.* Ubi *nota*, quod Dagesh Lene hîc in litera

ג post

נ post (:) quiescens omittatur, quoniam hoc semper à literis *Begadk-kephath* abest, cùm (:) quiescens ortum est ex vocali longa.

27 מַיִם Má-jim] *aquarum.* מַיִם *aqua,* & *aquæ,* caret singulari. Forma autem Dualis notat *Aquas* superiores in cœlo, & inferiores in terra, quas firmamentum seu aër interjectus distinguit. In pausa scribitur מָיִם R. 131. Cum præfixis, *Supra montes stabunt* הַמָּיִם *istæ aquæ,* Psal. 104.6. i. e. aquæ pars supra aërem evecta. *Vox Domini super* הַמָּיִם *istas aquas,* Psal. 29.3. *i.e.* nubes. וְהַמַּיִם *Et istæ aquæ, quæ sunt super cœlo,* Psal. 148. 4. Targ. quæ suspensæ sunt supra cœlum. כַּמַּיִם *sicut istæ aquæ effusus sum,* Psal. 22. 15. notat copiam. בְּמַיִם *in aquis.* *Contignat* בַּמַּיִם *in his aquis cœnacula sua,* Psal. 104. 3. i. e. in nubibus. *Si transieris* בַּמַּיִם *per has aquas,* Ps. 144.7. i.e. pericula. וּבַמַּיִם *et in has aquas.* *Eripe me* מִמַּיִם *ex aquis multis,* Psal. 144.7. i.e. hostibus fortibus.

28 פִּרְיוֹ Pir-jó] *fructum suum.* A פָּרָה *fructificavit,* פְּרִי *fructus* (ab Hebræa voce *viz.*) terræ, arboris, ventri, mutato ה in (ִ) R.161. n. 3. פְּרִי הַבֶּטֶן *fructus ventris,* Ps. 127. 3. Targ. וַלְדֵי דִמְעָא fœtus ventris. Metaphoricè notat *Præmium*; ut, *Certè* פְּרִי *fructus est justo,* Ps. 58.12. Targ. אַגַר טָב *merces bona.* Est masculinum sine plurali. Cum Præfixis, מִפְּרִי *de fructu operum tuorum satiabitur terra,* Psal. 104. 13. i.e. de pluvia descendente ex nubibus tuis. Cum Affixis mutato (·) in (:) R. 123. ex priori (:) fit (·) R.6. facitque פִּרְיוֹ *fructus ejus,* פִּרְיָמוֹ *fructus eorum,* Ps.21.11. Targ. בְּנֵיהֶם *filii ipsorum.*

29 יִתֵּן Jit-tén] *dabit.* A נָתַן *dedit,* *posuit, tradidit,* Fut. Kal. converso נ in dagesh, R.69. & exit in (‥) R.108. flectitúrque sic: אֶתֵּן *dabo,* תִּתֵּן *dabis,* יִתֵּן *dabit,* תִּתֵּן *dabit* sc. terra, Ps.85. 13. יִתְּנוּ *dabunt.* Cum Maccaph correpto (‥) in (∴) R. 134. fit תִּתֶּן־ *dedisti,* יִתֶּן־ *dabit.* Cum ו copulativo, וְיִתֶּן־ *& dabit,* & cum ו conversivo Futuri, R. 79. וַתִּתֶּן־ *& dedisti,* וַיִּתֵּן *& posuit,* וַיִּתְּנוּ *& dederunt.* Cæterùm, hoc verbum נָתַן præcedente לֹא & sequente Infinito, notat, *Concessit, permisit, sivit, passus est*; ut, לֹא תִתֵּן *Non dabis sanctum tuum* לִרְאוֹת *ad videndum foveam,* Ps.16.10 i.e. non sines, patieris. Et, מִי יִתֵּן *quis dabit?* Ps.14.7. idem est quod *Vellem, Vtinam!*

30 בְּעִתּוֹ Beע it-tó] *in tempore suo.* A עָתַת *opportunè, tempestivè locutus est.* Nomen defectivum, עֵת *tempus* opportunum, sive idoneum, vel etiam malum. Cum Præfixis, בְּעֵת & לְעֵת *in tempore.* Cum Affixis, & plurali numero, assumit dagesh, ad compensandum defectum literæ absentis, & mutat (‥) in (·) R.125. fitque בְּעִתּוֹ *in tempore suo.* *Et sit* עִתָּם *tempus eorum in seculum,* Ps. 81.16. i.e. calamitas, pœna. Legitur in Bibliis cum duplici plurali, sed in Psalmis in terminatione fœminina tantùm: עִתּוֹת *tempora,* לְעִתּוֹת *in temporibus in angustia,* Ps.9.10. i.e. calamitatibus. Cum Affixo, *In manu tua,* עִתֹּתָי *tempora mea,* Ps.31. 16. i. e. mala mea, afflictiones meæ, LXX. κλῆροί μου, *sortes meæ,* forsitan legendum καιροί μου.

31 וְעָלֵהוּ Veע a-lé-hu] *et folium ejus.* A עָלָה *ascendit,* עָלֶה *folium,* ab ascensione, q. suprema pars arboris aut herbæ, quo proteguntur fructus. Cum Affixo, ה radicale tollitur, R. 103. fitque וְעָלֵהוּ וְעָלֵהוּ pro-

32 יִבּוֹל Jib-ból] *marceſcet.* A נָבַל *marcuit, emarcuit, aruit* propter æſtum aut frigus : dicitur propriè de foliis, floribus, fructibus decidentibus, poſtquam omnem humorem amiſerint. Eſt Futurum Kal, converſo נ in dageſh, R. 69. Legitur in Pſalmis in tertia perſona tantùm, יִבּוֹל *flacceſcet*, Targ. folia ejus non נָתְרִין *decident.* In plur. *Filii alienigenæ* יִבְּלוּ *emarceſcent*; Pſ. 18. 46. Targ. יְסוּפוּן *conſumentur.* LXX. ἐπαλαιώθησαν, *inveterati ſunt*, (legerunt ſine dageſh יִבְלוּ à בָּלָה *inveteratus fuit.*) Et cum ן paragogico, R. 102. n. 5. יִבּוֹלוּן *marceſcent*, Pſal. 37. 2. In utroque autem exemplo, eſt ו pro (:) ob pauſam, R. 132.

33 וְכֹל Vechól] *& omne.* A כָּלַל *conſummavit*, totum *abſolvit*, כֹּל *omne, totum, univerſum*; eſt maſculin. ſine plurali; ſed ſi jungatur plurali, *omnes, omnia, cuncta.* Cum Præfixis, מִכֹּל *ab omni.* הַכֹּל *Univerſum illud, Univerſitas*, וְכֹל *& omne*, לְכֹל *omni*, וּלְכֹל *& omnibus*, בְּכֹל *in omni.* Et excluſo ה Emphatico בַּכֹּל *in hoc univerſo*, לַכֹּל *huic univerſo.*

34 יַעֲשֶׂה Ja-עaſé] *faciet.* A עָשָׂה *fecit*, Fut. Kal. ferè ut ſuprà, Num. 19. ac flectitur ſic : אֶעֱשֶׂה *faciam bovem*, Pſal. 66. 15. i. e. offeram (perinde ut apud Virgil. *Cum faciam vitulam, &c.*) תַּעֲשֶׂה *facies*, יַעֲשֶׂה *faciet*, תַּעֲשֶׂה *faciet illa.* In plur. eliſo ה, יַעֲשׂוּ *facient*: Et cum ו converſivo, וַיַּעֲשׂוּ *& fecerunt*: In quibus omnibus hoc notandum, quòd prima radicalis ע aſſumat Sheva compoſitum, in prima perſ. (ֱ) in reliquis (ֲ) punctuátque præcedentem ſervilem ſimili brevi puncto. Reg. 12, & 13.

35 יַצְלִיחַ Jats-liahh] *proſperabitur*, i.e. quicquid arbor iſta produxerit, id feliciter creſcet, nam *non recedet* מֵעֲשׂוֹת פְּרִי *à faciendo fructum*, Jer. 17. 12. A צָלַח *felix, proſper fuit*, quicquid in animo erat effecit proſperè, Fut. Hiph. יַצְלִיחַ cum (ַ) furtivo, R. 10. Targ. *Et omne germen ejus quod germinat*, מְגַרְגַּר *graneſcit*, וּמַצְלַח *& proficit.*

Verſ. 4.

36 לֹא־כֵן Lo-chén] *Non ſic.* A כּוּן *firmum, rectum, bonum, aptum eſſe*, fit כֵּן *aptum, rectum, bonum*: ſed ſæpiùs tranſit in adverbium affirmantis, *ſic, ita, taliter, ſimiliter*, q. aptè, commodè, firmè, certè.

37 הָרְשָׁעִים Ha-reſha-עím] *illi improbi.* Vide ſuprà, Num. 7. ה Emphatic. ante ר geſtat (ָ) Vide Num. 2.

38 כַּמֹּץ Cam-móts] *ſicut hæc gluma.* מוֹץ nomen maſc. ſine plurali, rarum, nam octies tantùm legitur in tota S.S. ejus etymon ignoratur, Latinis eſt *gluma, palea*, LXX. χνοῦς, *pulvis.* Convenit cum מָצַץ *expreſſit*, q. excuſſionem vel expreſſionem tritici diceres. Legitur in Pſalmis bis cum Præfixo, כְּמוֹץ *ſicut palea*, Pſ. 35. 5. & כַּמּוֹץ *ſicut hæc palea*, (excluſo ה Emphat.)

39 אֲשֶׁר־תִּדְּפֶנּוּ Aſher-tid-dephén-nu] *quam diſpellet illam.* A נָדַף *propulit, impulit, diſpulit*, propriè dicitur de vento, qui rapta proſequitur. Fut. Kal, quod bis occurrit in Pſalmis, ídque bifariam. Regulariter תִּנְדֹּף *diſpelles*, Pſal. 68. 3. (ubi eleganter refertur ad Deum) Anomalῶs תִּדְּפֶנּוּ *propellet eam*, ubi נ radicale vertitur in dageſh, R. 69. & ו ob affixum נּוּ migrat in (:) R. 119. Notandus autem eſt hîc pleonaſmus Affixi, *quam diſpellet eam*; qui ferè ſemper apud Hebr. eſt in uſu, quando Pronomen אֲשֶׁר obliquo caſu effertur, R. 37. cui ſimilis

similis extat in N.T. οὗ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἰάθητε, *Cujus vibice ejus sanati estis*, 1 Pet. 2. 24.

40 רוּחַ Ruáhh] *ventus*. LXX. *quam projiciet ventus* (addunt) *à facie terræ*. Et sic etiam Arabic. Psalter. A רָוַח *Respiravit*, Nom. commun. gen. R.26. n.2. רוּחַ *spiritus, flatus, ventus*. Dicitur de rebus quæ moventur & non videntur, ut de *Spiritu, Anima, Vento, Aere*, & de *Affectibus animæ*, Psal. 76. vers. ult. *Abbreviabit* רוּחַ *spiritum magnatum*, Targ. *Minuet* גַּסּוּת רוּחֵיהוֹן *crassitiem spirituum ipsorum*, i.e. fastum, audaciam, animi elationem. Legitur cum tribus Præfixis, מֵרוּחַ *à vento*, בְּרוּחַ *in vento*, וּבְרוּחַ *& in spiritu*. Cum Affixis autem (-) furtivum evanescit, R. 10. fitque רוּחִי *spiritus meus*, רוּחֲךָ *tuus*, רוּחוֹ *ejus*, רוּחָם *eorum*, בְּרוּחוֹ *in animo ejus*, Ps.32.2. מֵרוּחֶךָ *à spiritu tuo*, Psal. 139.7. cum (..) ob pausam. In plurali, רוּחוֹת notat *ventos*, Psal. 104. 4.

Vers. 5.

41 עַל־כֵּן ʿal-kén] *Idcirco*. Propriè, *juxta sic*, vel *ob ita*; idem quod לָכֵן *ideo, idcirco*.

42 יָקֻמוּ Ja-kú-mu] (non) *surgent*, i.e. non stabunt, causâ cadent. Targ. יִזְכּוּן (non) *justificabuntur*. LXX. οὐκ ἀναστήσονται *non resurgent*. A קוּם *surgere, stare, consistere*: Futur. Kal, ubi secunda radicalis ו quiescit in וּ R.60. & literæ præformantes accipiunt (ָ) R.58. sicque flectitur in Psalmis: אָקוּם *surgam*, תָּקוּם *surges*, יָקוּם *surget, stabit*, תָּקוּם *exurget*, יָקוּמוּ *surgent*, & cum (:) loco וּ R. 107. יָקֻמוּ Cum ן parogogico, mutato (ָ) in (:) R. 102. n. 5. fit יְקֻמוּן

insurrexerunt. Psalmo 35. 11.

43 בַּמִּשְׁפָּט Bam-mish-pát] *in illo judicio*. Targ. בְּיוֹם דִּינָא רַבָּא *in die judicii magni*. A שָׁפַט *judicavit*. Nomen Heemanthic. masculin. מִשְׁפָּט *judicium*, idque activè vel passivè. *Activè*, mos, boni mores, observantia legis, statutum, ratio, consuetudo, innocentia vitæ. *Passivè*, cum quis re ipsa absolvitur, vel damnatur, ac pœnas luit. Legitur cum Præfixis, וְ *Et*, בְּ *In*, לְ *Ad*, כְּ *Secundùm*. Et excluso הַ Emphatico, בַּמִּשְׁפָּט *in judicio*, לַמִּשְׁפָּט *ad judicium*. Cum Affixis, מִשְׁפָּטִי *judicium meum*, לְמִשְׁפָּטִי *ad judicium meum*, כְּמִשְׁפָּטֶךָ *secundùm statutum tuum*. In plurali, וּמִשְׁפָּטִים *& judicia*. Cum Affixis, abjecto ים R. 105. מִשְׁפָּטֶיךָ *judicia tua*, מִשְׁפָּטָיו *judicia ejus*, לְמִשְׁפָּטֶיךָ *ad statuta tua*, Psal. 119.43. pro לְמִשְׁפָּטֶיךָ ut est versu 90. מִמִּשְׁפָּטֶיךָ *à judiciis tuis*, וּמִמִּשְׁפָּטֶיךָ *& à* &c. In Regimine, mutato (ָ) in (:) R.114. fit מִשְׁפְּטֵי *judicia*, וּמִשְׁפְּטֵי *et judicia*.

44 וְחַטָּאִים Vehhatta-ím] *et peccatores*. ו est copula, cætera vide suprà Num. 9.

45 בַּעֲדַת Ba-ʿadháth] *in cœtu*. Formatur ut בַּעֲצַת suprà Num.6. A יָעַד certum conveniendi locum vel tempus *constituit*, Nom. fœmin. sine plurali, עֵדָה *conventus, congregatio* statis horis & locis aggregari solita, *Ecclesia, cœtus*. וְעֵדָה *& cœtus*. In Regimine vertens ה in ת, עֲדַת *cœtus*, וַעֲדַת *& cœtus*, בַּעֲדַת *in cœtu*, LXX. ἐν βουλῇ *in concilio*, Targ. בְּסִיעַת *in societate*. Cum Affixis, עֲדָתְךָ *cœtus tuus*, בַּעֲדָתָם *in cœtu eorum*.

46 צַדִּיקִים Tsad-di-kím] *justorum*. A צָדַק *justificavit*, Nom. masc. ex Pihel deductum, צַדִּיק *justus*, dicitur de eo, qui in omnibus absolutus est: ideò de

de sermone usurpatum, *fidelis, verax.* (Hinc vox *Sadducæi*, q. *justi*, putabant enim se justos esse.) Cum Præfixis, וְצַדִּיק *et justus*, לַצַּדִּיק *huic justo*, excluso ה Emphat. In plur. צַדִּיקִים *justi, veraces*, הַצַּדִּיקִים *isti iusti*, וְצַדִּיקִים *et iusti*.

Vers. 6.

47 יוֹדֵעַ Jo-dhéaע] *noscens est*, i.e. novit. A יָדַע *novit, cognovit*, mentis est: sed notitiam sequitur affectus, unde *favit, fovit, approbavit, curam egit*. Benoni Kal. יוֹדֵעַ *cognoscens, approbans*, cum (-) Furtivo, R. 10. Ejus Synonymum est מַכִּיר *agnoscens*; quæ sic differunt; nullus potest esse מַכִּיר nisi prius sit יוֹדֵעַ Legitur & sine ו, יֹדֵעַ Psal. 94. 11. In fœmin. facit יֹדַעַת *sciens*, Psal. 139. 14. pro יוֹדֶעֶת cum (-) vicario τοῦ (··) R. 110. In plur. יוֹדְעִים In Regimine, יוֹדְעֵי *scientes*, & sine ו, יֹדְעֵי Ps. 68. 16. וְיֹדְעוּ *et scientes*. Cum Affix. לְיֹדְעַי *cognoscentibus me*, לְיֹדְעֶיךָ *cognoscentibus te*.

48 תֹּאבֵד To-bhédh] *peribit*, Targ. תְּהוּבַד *auferetur*. Ab אָבַד *periit*, dicitur de re quam aliquis amittit, ipsa tamen integra manente, aut etiam de omnimoda perditione rei. Fut. Kal, ubi א quiescit in ו R. 53. flectitúrque sic in Psalmis: תֹּאבֵד *peribit*, וְתֹאבְדוּ *et peribitis*, יֹאבְדוּ *peribunt*, וַיֹּאבְדוּ *et peribunt*. In pausa autem converso (:) in (··) R. 132. facit יֹאבֵדוּ, וַיֹּאבֵדוּ

PSALMUS II. ב

49 לָמָּה Lám-ma] *Propter quid.* מָה est dictio indeclinabilis interrogativa de qualitate rei, *quid? quomodo, qualiter, quàm.* Sæpè admittit post se Maccaph, ac mutat (ָ) in (-), dagesh sequenti literæ impresso, ut מַה־לְּךָ *quid tibi*, &c. Ante indageshabiles verò servat (ָ) ut, מָה־אֱנוֹשׁ *quid homo*, מָה־רַבּוּ *quàm multi sunt*, &c. Quod idem ante יְהוָה fit, (quoniam per אֲדֹנָי legitur) Psal. 89. 47. עַד־מָה יְהוָה *Usquequo Jehova.* At ante gutturales עחה, Kametsatas, euphoniæ causâ mutat (ָ) in (ֶ) fitque מֶה־ ut מֶה־חָדֵל *quàm cessans*, &c. Et sine Maccaph, מֶה עָצְמוּ *quàm prævaluerunt*, Psal. 139. 7. Legitur in Psalmis cum 4 Præfixis, וּמָה & וּמַה־ *et quid*, כַּמָּה *quoties, quot*; בַּמָּה & בַּמֶּה *in quo, in quid*, (quæ excludunt ה Emphatic.) לָמָּה & לָמָה *propter quid, quare, quamobrem*, ubi ל ante vocem monosyllabam gestat (ָ) R. 80. Porrò notandum est, לָמָה sine dagesh esse acutum, & לָמָּה cum dagesh euphonico, penacutum. Est verò acutum ante gutturales אחע, ut, לָמָה אֱלֹהִים *quare Domine*, &c. Penacutum autem est ante literas alias, ut, לָמָּה רָגְשׁוּ *quare fremuerunt*, לָמָּה יְהוָה *quare Jehova*, &c.

50 (At vero מִי *Quis*, est interrogantis de persona, ut, מִי הָאִישׁ *quis ille vir.* Et sæpe negationem & impossibilitatem importat, מִי *quis eloquetur potentias Domini*, q. d. nemo, מִי כַּיהוָה אֱלֹהֵינוּ *quis sicut Jehova Deus noster*, Psalm. 113. 5. i. e. nemo. (ubi in initialibus vocibus hujus versus continetur nomen Archangeli MICHAEL.) Legitur in Psalmis cum duobus Præfixis, וּמִי *et quis*, מִמִּי *à quo.*)

51 רָגְשׁוּ Rá-gheshú] *tumultuatæ sunt.* A רָגַשׁ *strepuit, tumultuatus est*; dicitur propriè de coitione plurium, quæ sine strepitu non fit. Tertia pers. plur. Præt. Kal. רָגְשׁוּ Legitur verbum hoc in

in tota Scriptura hoc loco tantùm, & in Chaldæo apud Daniel. 6.7. semel in Conjugat. Aphel הַרְגִּשׁוּ *concurrerunt ad regem.*

52 גּוֹיִם Go-jím] *gentes*. Nom. masc. גּוֹי *gens*, cujus etymon ignoratur, nisi forte velis ad גְּוִיָּה *corpus* referre, quod Gens sit q. corpus unum ex multis viris collectum. Dicitur de gentibus quæ Deum ignorant, etsi etiam aliquando de ipsis Hebræis dictum reperiatur. Cum Præfixis, הַגּוֹי *illa gens*, מִגּוֹי *à gente*, i.e. ne sit gens, Psal. 83.5. (ubi מ negationem includit. R. 74.) In plurali גּוֹיִם *gentes*, syncopato altero (י) R.31. pro גּוֹיִים Cum Præfixis הַגּוֹיִם *illæ gentes*, בַּגּוֹיִם *inter has gentes*, excluso ה Emphat. Et cum (י) loco ו, בְּגוֹיִם Ps. 79. 10. Legitur semel cum Affixo, *In lætitia* גּוֹיֶךָ *gentis tuæ*, Ps. 106.5. contractè pro גּוֹיֶיךָ ubi de Israelitis usurpatur.

53 וּלְאֻמִּים U-leüm-mím] *et nationes*. Ab inusitato אָמַם fit אֵם *mater*, unde אֻם *natio*, populus ex una matre prognatus: includit tantam congregationem populi, quæ possit constituere regnum. Hinc dicunt Hebræi: אֵין לְאֹם אֶלָּא מַלְכוּת *Non est natio nisi regnum*. In flexione assumit dagesh, & corripit ו in ( ) R.125. fitque cum ה Emphat. הָאֻמִּים *illæ nationes*, & cum ל prosthetico, לְאֻמִּים *nationes*. Cum Præfixis, וּלְאֻמִּים *et nationes* (ubi ו assumit ו ante literam shevatam, R. 78.) בַּלְאֻמִּים *in nationibus*, (ubi ב cum (-) ob sequens (:) R.6.

54 רִיק Rik] *inane*. Nomen formæ mascul. sine plurali, *vacuum, vanum*; aliquando adverbiascit, *inaniter, frustra, incassum*, Ps. 73.13. רִיק *inaniter mundavi cor meum*. Hinc vox N.T. RAKA, Syrè ܪܩܐ certum aliquod & grave convitium significans, quod Christus alicui inferre vetat, Mat. 5.22. q. d. hominem vanum, vilem, scurram (unde & Græcis ῥάκος, lacera vestis, & panniculum vile) Talmudicis enim רֵיקָא est *homo nequam*, vilis, vanus.

Vers. 2.

55 יִתְיַצְּבוּ Jith-játs-tsebhú] *statuent se*. A יָצַב *statuit, constituit*, Futur. Hithpah. R. 47. quod in Psalm. flectitur in tertiâ personâ tantùm, יִתְיַצֵּב *sistet seipsum*. יִתְיַצְּבוּ *semetipsos constituent*.

56 מַלְכֵי Mal-ché] *reges*. A מָלַךְ *regnavit*, ex usu Chald. *consuluit, deliberavit*: מֶלֶךְ *rex, imperator*, qui vel ditioni, vel etiam urbi alicui præest. q.d. populi moderator. Cum Præfix. הַמֶּלֶךְ *ipse rex, ô rex*. וְהַמֶּלֶךְ *et ipse rex*, וּמֶלֶךְ *et rex* (ubi ו ante Labialem cum ו R. 78.) לְמֶלֶךְ *regi* vel *de rege*, לַמֶּלֶךְ *ipsi regi*, excluso ה Emphat. Cum Affix. (mutat utrumque (:) in (:) R. 122. et prius (:) in (-) R.6) מַלְכִּי *rex meus, mi*. מַלְכֵּנוּ *noster*, לְמַלְכֵּנוּ *regi nostro*, מַלְכּוֹ *rex ejus*, בְּמַלְכָּם *in rege ipsorum*. In quibus כ notatur cum dagesh leni, post (:) R. 7. In plurali (formatur ut פְּלָגִים supra N.26.) in statu simplici, מְלָכִים In Regim. מַלְכֵי *reges*, לְמַלְכֵי *inter reges*. Semel cum Affixo gravi, מַלְכֵיהֶם *reges eorum*, Psal. 105. 30. In quibus Dagesh lene omittitur post (:) ut suprà Num. 26.

57 אֶרֶץ 'E-rets] *terræ*. Nomen radicale commun. gener. *tellus, terra*, quàm habitabilis, tàm inhabitabilis: & significat partem infimam cujusque rei, sicut & Chald. אֲרַע (mutatione solitâ צ in ע factâ) Græcis ἔρα, *inferius, humile*.

humile, imum. In pausa scribitur, אָרֶץ R.131. & sic itidem cum ה Emphat. (etiam extra pausam) הָאָרֶץ *ipsa terra*, R.107. וְהָאָרֶץ *et ipsa terra.* In Regim. usurpatur אֶרֶץ Psal.107.35. וְאֶרֶץ צִיָּה *et terram siccitatis.*

58 וְרוֹזְנִים Vero-zenim] *et principes.* Targ. וְשִׁלְטוֹנַיָּא *et dominatores*, consiliarii. Plurale mascul. absque singulari, cujus etymon ignoratur, nisi fortè velis ן esse Heemanthic. à רָזָה *emaciavit*, nam princeps sine subditis macie atteritur. Legitur in S.S. sexies & semper post מֶלֶךְ ponitur, excepto Esa. 40.23.

59 נוֹסְדוּ No-sedhú] *consultârunt.* A יָסַד *fundavit*, fundamenta jecit aut posuit, Psal. 104. 5. In Præt. Niph. mutato (׳) in ו R.56. נוֹסַד *fundatus fuit, consultavit*, nam consilia rerum agendarum fundamenta sunt. In plur. נוֹסְדוּ *fundarunt se pariter*, i.e. fortes effecti sunt invicem. Targ. יִתְחַבְּרוּן *convenerunt*, LXX συνήχθησαν, fortè legerunt נוֹחֲדוּ à יָחַד *univit.*

60 יָחַד Já-hhadh] *simul.* A יָחַד *univit, adunavit*, fit יַחַד propriè nomen, sed Latinis non potest transferri nisi per adverbium *unà, simul, pariter.* In pausa scribitur יָחַד R.131.

61 עַל־ yal] *contra.* est hic hostile, *adversus, contra*, וְעַל *et contra*. Unde Targ. *Et certant cum Messia ejus.*

62 מְשִׁיחוֹ Meshi-hhó] *Messiam ejus.* A מָשַׁח *oleo unxit*, fit מָשִׁיחַ *Unctus.* Per antonomasiam sic dicitur in N. T. Salvator noster MESSIAS, Christus Dominus, (pro naturâ linguæ Græcæ mutato ש in *ss*, & ח in teminationem *ας*.) cujus Reges & Sacerdotes inuncti, typus fuere. In incremento finali, (-) furtivo abjecto, R.10. (ָ) corripitur in (:) R.114. facitque cum Affixis, מְשִׁיחֶךָ *unctus tuus*, מְשִׁיחוֹ *ejus*, לִמְשִׁיחִי *uncto meo*, לִמְשִׁיחוֹ *suo*, (in quibus, ל gestat (.) ob sequens (:) R.6.) In plurali מְשִׁיחִים *uncti*, sic vocantur omnes Deo sacri, & dignitate & pietate conspicui: unde cum affixo & præfixo, *Ne tangatis* בִּמְשִׁיחָי *in Christos meos*, Psal.105.15.

Vers. 3.

63 נְנַתְּקָה Nenat-teká] *Penitùs disrumpemus.* A נָתַק *disrupit, avulsit, abrupit*, Fut. Pihel (quæ conjugatio significationem intendit, R.45.) Legitur in Psalm. bis; in tertia pers. sing. יְנַתֵּק *penitùs disrumpet*, Psal. 107.14 In prim. plur. נְנַתְּקָה cum ה parogogico, (quod primæ person. Futuri utriusque numeri familiare est. R.102. n. 2.) mutato (..) in (:) R. 117. pro נְנַתֵּק.

64 אֶת־ Eth.] Dictio אֵת plerunque notat Accusativum, R.33. Cum Præfixo מ idem valet, quod simplex מ, ut מֵאֵת יְהוָה *à Jehova*, Ps.109.20. Cum Maccaph mutat (..) in (ֶ) R. 134. scribiturque אֶת־, וְאֶת *Et.*

65 מוֹסְרוֹתֵימוֹ Mo-sero-thé-mo] *vincula eorum.* Targ. שַׁלְשְׁלָוָתְהוֹן *catenas eorum.* A יָסַר *erudiendo castigavit.* Nom. Heemanth. מוֹסֵר *vinculum*, mutato (׳) in ו R. 161. n. 1. In plurali admittit utramque terminationem; unde in forma masc. cum Affixo & Præfixo, *Aperuisti* לְמוֹסֵרָי *vinculis meis*, Ps.116.16. (cum (..) loco (:) præter analogiam) i.e. dum me vincis, juxta illud: Servire Domino, Regnare est. In fœmin. וּמוֹסְרוֹתֵיהֶם *et vincula ipsorum*, Psal. 107. 14. At מוֹסְרוֹתֵימוֹ est cum Affixo poëtico מוֹ, cujus frequens est usus in libris metricis.

וְנַשְׁלִיכָה

66 וַנַּשְׁלִיכָה Venash-lí-cha] *et projiciemus.* A שָׁלַךְ in Hiph. הִשְׁלִיךְ *jecit, projecit, abjecit*, tanquam puerum expositititium, cujus curam mater ampliùs non habet. Fut.Hiph. quod in Psal. flectitur sic: אַשְׁלִיךְ וַתַּשְׁלֵךְ *projiciam, et projecisti*, (cum ו conversivo Futuri, R. 79. & (..) loco ׳. R. 107. תַּשְׁלִיכֵנִי וַתַּשְׁלִיכֵנִי *projicies me, et projecisti me*, (cum ו convers.) נַשְׁלִיךְ *projiciemus*, & cum ה paragogico וְנַשְׁלִיכָה.

67 מִמֶּנּוּ Mim-mén-nu] *à nobis.* מִן præpositio, *A, ab, abs, de, è, ex, præ*, cum Præfixo. וּמִן *et ab.* Cum (י) paragogico, מִנִּי (dageshato נ) *Ab*, Psal. 44. 11. *Præ*, Ps. 88. 10. Cum Affix. מִנִּי *à me*, Ps.18.23. מִנֵּהוּ *ab unoquoque eorum*, Ps. 68.24. Usitatiùs verò cum Affixis abjicit נ, & iterat מ, ut מִמֶּנִּי *à me*, מִמְּךָ *à te*, & in pausa מִמֶּךָּ Ps.80.19. מִמֶּנָּה *ab illa*, מִמֶּנּוּ *à nobis*, & *ab illo*: nam נוּ est affix. plur. primæ personæ, & singul. tertiæ, pro נֵהוּ R.91.

68 עֲבֹתֵימוֹ ףabho-thé-mo] *densos funes eorum.* A עָבַת (in Pihel) *contorsit, condensavit, complicavit*: Nom. masc. עֲבוֹת *contortum, funis contortus*, ex tribus funiculis complicatus. In plur. cum Præfixo, בַּעֲבֹתִים *funibus*, Psal. 118. 27. Et cum Affixo עֲבֹתֵימוֹ LXX τὸν ζυγὸν αὐτῶν, *jugum eorum.*

Vers.4.

69 יוֹשֵׁב Jo-shébh] *Sedens.* A יָשַׁב (supra N.13.) Benoni Kal. יוֹשֵׁב & sine ו, יֹשֵׁב *sedens, habitans.* Cum Præfix. וְיוֹשֵׁב *et sedens*, הַיֹּשְׁבִי *qui sedens es*, Psal.123.1. (cum ה Relativo, R.76. & (י) paragog.R.107.) Plural. יוֹשְׁבִים in Regim. יוֹשְׁבֵי & sine ו, יֹשְׁבֵי *sedentes, habitantes*, וְיֹשְׁבֵי *et habitantes.* Cum Affixo יֹשְׁבֶיהָ *habitantes ejus*, Ps. 75. 4. i. e. habitatores, nominaliter, R.42.

70 בַּשָּׁמַיִם Bash-sha-má-jim] *in ipsis cœlis.* שָׁמַיִם *cœli*, non reperitur in singulari, sed Interpretes tàm *Cœlum*, quàm *Cœlos* vertunt. In pausa scribitur שָׁמָיִם mutato (-) in (ָ) R.131. Cum Præfixis הַשָּׁמַיִם *isti cœli*, וְשָׁמַיִם *et cœli.* Semel בְּהַשָּׁמַיִם *in ipsis cœlis*, Psal. 36.6. aliàs semper excluso ה Emphat.R.81. legitur בַּשָּׁמַיִם Est autem שָׁמַיִם nomen Duale, compositum ex שָׁם *ibi*, & מַיִם, *aquæ*, scil. sunt vel subsistunt. Vel à שָׁם *ibi, illuc*, quocunque enim te vertis, ibi cœlum intueris. Vel denique à שָׁם *ibi*, loco remotiori, cœlum enim à terra remotissimum. Dualis forma notat distantiam utrinque æqualem, vel duos mundi polos, circùm quos cœlum circumvolvitur: vel denique à מַיִם *aquæ*, quæ duplices. (supra N. 27.) Non solùm autem *Cœlum* significat *sedem Beatorum*, verùm etiam ipsum *aërem*, Ps. 8.9. *Volucris Cœli.* Ps.18.8. *Et fundamenta montium commota sunt*, pro quo 2 Sam.22.8. legitur, *Et fundamenmenta Cœli.*

71 יִשְׂחָק Jis-hhák] *ridebit.* A שָׂחַק *lusit, risit, derisit, risum fecit.* (de quovis risu dicitur, quin & de bello) *contempsit*, quicquid enim contemnitur, risui habetur. Fut. Kal, quòd in Psalm. flectitur in tertia pers. tantùm, יִשְׂחַק *ridebit*, in pausa יִשְׂחָק R.131. unde in Plur. יִשְׂחָקוּ *ridebunt*, Ps. 52.8.

72 אֲדֹנָי Adho-náj] DOMINUS. Targ. מֵימְרָא דַיָי *Verbum Domini subsannabit eos.* (quâ voce מֵימְרָא *verbum, sermo*, ab אָמַר, denotatur Messias, qui est æternum Dei verbum) Ab אָדַן

basis, fit אָדוֹן *Dominus*, quasi basis & columen familiæ aut domus. Et quemadmodum Latinis Dominus dicitur is qui domui præest: ita Hebræis Deus dicitur ADHONAI, quòd præsit toti universo, tanquam domui à se constructæ. Quod nomen competit ei, non ex tempore, sed ab æterno, si scil. ratio habeatur potestatis, non verò relationis. In Regimine & Plurali num. converso (ֹ) in (ֲ) R. 114. facit אֲדוֹן *dominus*. In plur. absoluto & constructo, *Confitemini* לַאֲדֹנֵי הָאֲדֹנִים *Domino Dominorum*, Psalm. 136. 3. Cæterùm אֲדֹנָי (cum (ָ) extra pausam) dicitur tantùm de *Creatore*, & ponitur pro absoluto singulari DOMINUS, (idque ut differat ab אֲדֹנִי *dominus meus*, & אֲדֹנַי *domini mei*.) Cum Præfixis וְלְבְ abjicit (ֲ) R.82. facítque וַאדֹנִי *et Domine mi*, Ps. 35. 23. לַאדֹנִי *Domino meo*, Ps.22. 31. בַּאדֹנָי *in Domino meo*, Ps.73. 28.

73 יִלְעַג Jil-ʿágh] *subsannabit*. A לָעַג *subsannavit, derisit, blæsitatem finxit*; nam quos cum sanna excipere volumus, ad eos ridendos blæsitatem fingere solemus: Fut. Kal, quod in Psalmis flectitur sic: תִּלְעַג *subsannabis*, יִלְעַג *subsannabit*, יִלְעֲגוּ *subsannabunt*. Construitur autem hoc verbum apud Hebræos cum ל nota Dativi, ideóque sequitur

74 לָמוֹ La-mó] *eis*, vel in *in eos*. מוֹ est Affix. Poëticum, & ל ante Affixa amat (ָ) R.101.

Vers. 5.

75 אָז 'Az] *Tunc, ex tempore.* de Præterito & Futuro usurpatur. Et cum (ִ) paragog. R. 102. n. 4. אֲזַי *tunc*, Psal.124.3. Legitur cum מ præfixo, מֵאָז *extunc, ab eo tempore, postquam*. Psal.76.8. *Quis stabit coram te* מֵאָז אַפֶּךָ *à tunc iræ tuæ*, Targ. *à tempore quo invalescit ira tua*. Absolutè positum notat retroacta secula, Ps.93.2. *Parata est sedes tua* מֵאָז *ex tunc*, Targ. מִן עָלְמָא *à seculo*, LXX *ἀπὸ τότε, ex inde.*

76 יְדַבֵּר Jedhab-bér] *loquetur*. A דִּבֵּר *locutus, elocutus est, dixit*. Fut. Pih. quod in Psalm. flectitur sic: אֲדַבֵּר *loquar*, (& cum ה parag. mutato (ֵ) in (:) R.117.) וַאֲדַבְּרָה *eloquar, et loquar*. In pausa iterum redit (ֵ) R.131. וַאֲדַבֵּרָה Ps. 40. 6. תְּדַבֵּר *loquêris*, יְדַבֵּר *loquetur*. Et cum (ֵ) loco (ֶ) in pausa יְדַבֶּר Psal. 41. 7. Et ob retractum accentum יְדַבֶּר פִּי *loquetur os meum*, Ps. 145.21. תְּדַבֵּר *loquetur* (fœm. lingua) תְּדַבְּרוּ *loquemini*. Et cum ן paragog. תְּדַבֵּרוּן Ps. 58. 2. (cum (ֵ) loco (:) ob Athnach, R. 132.) יְדַבְּרוּ *loquentur* cum *inimicis*, Ps.127.5. Targ. יִנְצוּן *litigabunt*, וִידַבְּרוּ *& loquentur*, Ps.73 8. (sublato (:) sub (ִ) ob præcedens (.) R.8.) וַיְדַבְּרוּ *et locuti sunt*, Ps. 78. 19. ubi litera schevata (י) ejicit dagesh, R. 20. quod ו conversiv. ei imprimere debuit, R.79. pro וַיְּדַבְּרוּ.

77 אֵלֵימוֹ E-lé-mo] *ad eos*. אֶל Præpositio, *Ad, apud, juxta*, ponitur aliquando pro עַל *super, propter*: (ideóque omnia verba quæ construuntur cum עַל, construuntur etiam cum אֶל) Scribitur cum (ֶ) ad differentiam nominis אֵל *Deus*: וְאֶל־מַכְאוֹב *& super*, vel *de dolore*, Ps. 69. 27. Assumit Affixa Nominum pluralium, R. 101. gestátque (ֵ) cum Affixis Levibus, ut, אֵלַי (& in pausa אֵלָי) *ad me*, אֵלֶיךָ *ad te*, אֵלָיו *ad ipsum*, אֵלֵימוֹ *ad eos*. At cum Affixis Gravibus mutat (ֵ) in (ֶ) ut, אֲלֵיכֶם *ad vos*, אֲלֵיהֶם *ad eos*.

78 בְּאַפּוֹ Bheap-pó] *in ira sua.* Targ. בְּתֻקְפֵּהּ *in fortitudine sui.* Ab אָנַף *naribus flare* ut solent irati; fit Nom. masc. per syncopen אַף *naris, nasus,* Ps. 115.6. Aliquando ponitur pro *toto vultu, facie,* Ps. 138.7. quòd faciei decor (utpote cujus pars eminentior) sit nasus. Sumitur etiam pro *furore, irâ,* Ps. 78.21. quòd nasus & vultus sit iræ index, vel quòd irati exsufflant naribus. Cum Præfixis, מֵאַף *ab ira,* וְאַף *& ira,* בְּאַף *in ira,* וּבְאַף *et in ira.* In Duali numero, & cum Affix. assumit dagesh, ad compensandum defectum literæ נ, facitque אַפַּיִם *nares,* Ps. 86.15. (cujus Synonymum est נְחִירַיִם) אַפְּךָ (& in pausa אַפֶּךָ) *ira tua.* אַפּוֹ *ejus,* אַפָּם *eorum.* Et in alia significatione; *Impius* כְּגֹבַהּ אַפּוֹ *secundum altitudinem faciei suæ non requiret,* Ps.10 4. Targ. בְּגַסּוּת רוּחֵהּ *in crassitie* sive *elatione spiritus sui.* (Superbia enim in facie elata apparet.) Cum Præfix. בְּאַפִּי *in ira mea,* בְּאַפְּךָ (in pausa בְּאַפֶּךָ) *in ira tua,* בְּאַפּוֹ *in ira ejus,* לְאַפּוֹ *pro ira sua,* Ps.78.50.

79 וּבַחֲרוֹנוֹ U-bha-hharo-nó] *et in furore suo.* A חָרָה *arsit, exarsit,* fit Nom. masc. formatum per syllabam Heemanthic. וֹן R.161.n.3. חָרוֹן *ardor, æstus iræ, furor,* & semel *adustum,* Ps. 58.10. כְּמוֹ חַי כְּמוֹ חָרוֹן *sicut vivum sic adustum,* vel, *sicut siccum sic aridum perdet.* In Regimine & cum Affixis mutato (ָ) in (ֲ) R. 114. facit חֲרוֹן Cum Præfix. *Reversus es* מֵחֲרוֹן אַפֶּךָ *ab ardore iræ tuæ,* Ps.85.4. i.e. cohibuisti iram tuam (quod Bertram. ait esse Infinit. Kal, cum ן paragog. *ab æstuando,* i e. ne æstuaret ira tua.) וַחֲרוֹן *et æstus.* Cum Affixo וּבַחֲרוֹנוֹ *et in ardore suo.* Semel in plur. חֲרוֹנֶיךָ *æstus tui,* Ps.88.17.

80 יְבַהֲלֵמוֹ Jebha-halé-mo] *conturbabit eos.* A בָּהַל in Pihel *festinare, accelerare,* sæpiùs sumitur in malum, inde *temerè, inconsultò agere.* It. accelerare aliquem, i. e. eum *terrere, subitò turbare, perturbare, conturbare,* ita ut temerè agat. Fut. Pih. quod in Psalmis flectitur cum Affix. in secunda pers. תְּבַהֲלֵם *conturbabis eos,* In tertia, יְבַהֲלֵמוֹ *terrebit eos.* Absorbetur autem hîc signum conjugationis Pihel (dagesh) quoniam gutturalis ejus capax non est, R.19. ac punctum terminale (..) ob Affix. transit in (ֲ) R.117.

Vers.6.

81 וַאֲנִי Va-aní] *Et ego.* אֲנִי *Ego* Pronomen primæ pers. R.36. in pausa scribitur cum (ָ) R.132. אָנִי Ps.6.3. Cum Præfixo וַאֲנִי *et ego,* ubi ו habet (-) ante (ֲ) R. 13. Legitur & aliâ formâ אָנֹכִי *ego,* וְאָנֹכִי *et ego.*

82 נָסַכְתִּי Na-sach-ti] *inunxi.* Targ. רַבִּית וּמַנִּיתֵהּ *inauguravi & constitui eum.* LXX κατεστάθην βασιλεὺς, *constitutus sum rex.* A נָסַךְ *fudit, perfudit, libavit, inauguravit, regem constituit,* quòd id oleo fuso fieret. Legitur in Præt. Kal. h.l. tantùm.

83 צִיּוֹן Tsi-jón] *Sion.* A צִיָּה *siccitas,* fit צִיּוֹן nomen montis à siccitate loci, in cujus vertice arx eodem nomine constructa erat, quæ à Davide capta vocata fuit *Civitas Davidis,* aliàs *Mons Jehovæ, & Mons sanctitatis,* ad cujus latus aquilonale fuit Templum, Ps 48.3. Cum Præfixis, מִצִּיּוֹן *ex Sione,* וּמִצִּיּוֹן *et ex Sione,* בְּצִיּוֹן *in Sione,* וּלְצִיּוֹן *& de Sione,* Psalm. 87.5.

84 הַר Har] *montem.* Ab הָרַר *mons* fit contractum הַר.

85 קָדְשִׁי Kodh-shí] *sanctitatis meæ.* A קָדַשׁ *ab usu communi ad sacrum separavit.* fit קֹדֶשׁ *sanctitas, sanctimonia, munditia, res sancta, sanctum,* (ejus antitheton est חֹל *profanum.*) Cum Præfixis, מִקֹּדֶשׁ *ex sancto,* בַּקֹּדֶשׁ *in ipsa sanctitate,* (excluso ה Emphat.) Cum Affixis, ו penult. transit in (◌ָ) R. 118. & (◌ֶ) in (◌ְ) R.122. fitque קָדְשִׁי *sanctitas mea,* קָדְשְׁךָ (& in pausa קָדְשֶׁךָ) *sanctitas tua,* קָדְשׁוֹ *ejus,* בְּקָדְשִׁי *in sanctitate mea,* בְּקָדְשׁוֹ *sua,* לְקָדְשׁוֹ *ad sanctitatem ejus.*

Vers.7.

86 אֲסַפְּרָה Asap-perá] *Enarrabo.* A סָפַר *Numeravit, narravit, enarravit,* q. aliis enumeravit. (cujus Synonym. est הִגִּיד *indicavit.*) Fut. Pih. quod sic flectitur in Psalmis: אֲסַפֵּר *Numerabo omnia ossa mea,* Ps.22.18. i.e. numerare possum, R.40. not. Et cum ה paragog. mutato (◌ֵ) in (◌ְ) וַאֲסַפְּרָה *accuratè enarrabo,* אֲסַפְּרָה *& enarrabo.* Cum affixo, אֲסַפְּרֶנָּה *enarrabo illam.* נְסַפֵּר יְסַפֵּר *recensebit,* *recensebimus,* תְּסַפְּרוּ *enarretis.* Et super dolore interfectorum tuorum יְסַפֵּרוּ *narrabunt,* Psal.64..6. LXX προσέθηκαν *addiderunt* (omisso ר, q. fuisset יְסַפוּ) Et in pausa converso (:) in (◌ֵ) R. 132. יְסַפֵּרוּ *enarrabunt,* Ps. 71.15.

87 אֶל־ El] Est pro articulo אֵת nota Accusativi. quoniam istæ literæ ל & ת sunt commutabiles, R. 1. Vel est Præpositio *Ad, In, Super,* ut sensus sit, *Enarrabo super* vel *de statuto.* Vel *Enarrabo in decretum,* i. e. ut sit in statutum & memoriale.

88 חֹק Hhók] *decretum.* Targ. דֶּאֱלָהָא קְיָמָא *Dei pactum.* LXX τὸ πρόσταγμα κυρίου, *præceptum Domini.* (acceperunt אֶל pro אֵל *Deus,* & exposuerunt in Genitiv. casu, qui tamen apud Hebr. semper alteri nomini postponitur) A חָקַק *insculpsit, statuit, decrevit,* nom. masc. חֹק *statutum, decretum,* quod observandum insculpetur. Cum Præfixis, וְחֹק *& statutum,* לְחֹק *in statutum.* Cum Maccaph corripit ו in (◌ָ) R. 134. facitque חָק־ *decretum,* Ps.148.6.

89 אָמַר A-már] *dixit.* Præt. Kal, quod sic flectitur in Psalmis: אָמַר *dixit ille,* cum altero vel secum *locutus est, cogitavit.* וַיֹּאמֶר *& dixit.* אָמַרְתְּ *dixisti tu anima,* Psal. 16. 2. אָמַרְתִּי (& in pausa אָמָרְתִּי) *dixi.* אָמְרוּ *dixerunt,* וְאָמְרוּ *& dixerunt.*

90 בְּנִי Bení] *filius meus,* A בָּנָה *ædificavit,* בֵּן *filius*: nam Parentes fabri liberûm sunt, Plaut. (Synonymum ejus est בַּר) Dicitur de omnibus rebus tam animatis, quàm inanimatis, Ps.80.16. *Et super* בֵּן *filium, quem roborasti tibi,* i.e. palmitem, nam palmes ex arbore tanquam ex parentibus nascitur. In Regimine semper notatur cum (◌ֶ) sive sit ad Maccaph, sive extra Maccaph, בֶּן־יְמִינִי *filius Jemini,* Ps.7.1. בֶּן רְאֵמִים *filius unicornium,* Ps.29.6. i.e. catulus aut pullus. Cum Præfixis, וּבֶן *& filius hominis,* Psal. 8.5. בְּבֶן *in filium matris tuæ,* Psal. 50.20. לְבֶן *filio regis.* Psal.72. 1. Cum Affix. mutato (◌ֵ) in (:) R.117. fit בְּנִי *filius meus,* בְּנוֹ *filius ejus,* vel *suus.*

91 אַתָּה A't-ta] *tu*: scil. es. nam Pronomina personalia supplent vices Verbi Substantivi, R. 36. n. 1. אַתָּה *tu,* est Pronom. masc. secundæ personæ. In pausa scribitur אָתָּה Ps. 16.2. Cum Præfixo, וְאַתָּה *& tu.* Et abjecto ה, וְאַתְּ Psal. 6. 4. quomodo quinquies legitur

legitur in Scriptura. In plur. facit אַתֶּם *vos.*

92 הַיּוֹם Haj-jóm] *hoc die.* יוֹם *dies,* aliquando pro naturali 24 horarum, aliquando pro diurno capitur spatio. Geminatum יוֹם יוֹם *die die,* i.e. quotidie, Ps. 68.20. Cum Præfix. מִיּוֹם *à die,* הַיּוֹם *hic dies,* כַּיּוֹם *sicut dies,* לְיוֹם *in die, de die,* בְּיוֹם *in die.* Et excluso ה Emphat. בַּיּוֹם *in hac die,* כַּיּוֹם *sicut hic dies.* Legitur semel cum Affixo, *Cum videbit quòd venerit* יוֹמוֹ *dies ejus,* Ps.37.13. Targ. יוֹמָא דְתַבְרֵה *dies calumitatis ejus.*

93 יְלִדְתִּיךָ Jelidh-tí-cha] *genui te.* Targ. *Dilecte, sicut filius es patri, tu mihi purus es; ac si die ista creavissem te.* A יָלַד *genuit, peperit, parturivit,* propriè fœminarum est, sed eleganter dicitur de viris, *generavit.* Præt. Kal; quod in Psalmis flectitur sic: יָלַד *genuit,* וַיָּלַד *& genuit,* יָלַדְתִּי *genui.* Cum Affixo, יְלִדְתִּיךָ *genui te,* ubi (ָ) primæ syllabæ corripitur in (ְ) R. 114. & (ַ) secundæ radical. euphoniæ causâ transit in (ִ) R.107. pro יְלַדְתִּיךָ.

Vers.8.

94 שְׁאַל Sheál] *Pete.* A שָׁאַל *rogavit, petiit, quæsivit, postulavit.* Imperat. Kal, שְׁאַל In plur. שַׁאֲלוּ *petite,* Ps. 122.6. pro שְׁאֲלוּ cum (ֲ) sub gutturali, R.13.

95 וְאֶתְּנָה Veet-tená] *et dabo.* A נָתַן (vide supra num.29.) Fut. Kal, in prima pers. facit אֶתֵּן *dabo.* Cum ה parag. mutato (ֵ) in (ְ) וְאֶתְּנָה *& dabo,* וָאֶתְּנָה *et posui,* Ps. 69.12. (ubi ו conversiv. ante gutturalem gestat (ָ) R.79.) Cum Affix. אֶתְּנֶנְהוּ *constituam eum.* In secunda persona, תִּתְּנֵנִי *trades me,* תִּתְּנֵהוּ *eum,* תִּתְּנֵנוּ *dabis nos ut oves,* Ps.44.12. i.e. efficies, תִּתְּנֶנּוּ *dabis, pones eum,* Ps. 74.14. In tertia pers. וַיִּתְּנֵם *& tradidit eos,* Ps.106.41. cum ו conversivo.

96 נַחֲלָתֶךָ Na-hhalæ-thé-cha] *possessionem tuam.* Targ. *Dabo divitias populorum hæreditatem tuam.* A נָחַל *possedit,* Nom. fœmin. נַחֲלָה *possessio,* quicquid alicui gratis cedit in possessionem. Semel scribitur cum ת, נַחֲלָת Ps. 16.6. Cum Præfixo, לְנַחֲלָה *in possessionem.* In Regimine mutato ה in ת R. 37. fit נַחֲלַת *possessionem gentium,* Ps. 111. 6. Cum Affixis converso ה in ת, R.104. facit נַחֲלָתְךָ (& in pausa נַחֲלָתֶךָ) *possessio tua,* וְנַחֲלָתְךָ *& possessio tua,* נַחֲלָתוֹ *ejus,* וְנַחֲלָתוֹ *& possessio ejus,* נַחֲלָתֵנוּ *possessio nostra,* נַחֲלַתְכֶם *vestra,* בְּנַחֲלָתֶךָ *in possessione tua,* וּבְנַחֲלָתוֹ *& in possessione ejus,* וְנַחֲלָתָם *& possessio eorum.*

97 וַאֲחֻזָּתְךָ Va-ahhúz-záthechá] *& hæreditatem tuam.* Ab אָחַז *prehendit, apprehendit, carpsit, rapuit,* nom. fœmin. absque plurali, אֲחֻזָּה *apprehensio, hæreditas, res possessa,* rus, villa, ager. Est cum dagesh euphonico, R. 18. Legitur in Psalmis hoc loco tantùm, ídque cum Præfixo & Affixo, וַאֲחֻזָּתְךָ.

98 אַפְסֵי Aph-sé] *fines.* Ab אָפֵס *finivit, cessavit,* fit nom. masc. אֶפֶס *finis, terminus,* rei alicujus extremitas. Formatur ut פֶּלֶג supra Num.26. ideóque in plur. facit אֲפָסִים In Regimine אַפְסֵי, quomodo quinquies legitur in Psalmis, & semper sequente nomine אֶרֶץ Ps. 2.8. 22.28. 67.8. 98.3. אַפְסֵי אָרֶץ *terminos terræ,* i.e. homines in extremis terræ partibus habitantes. Cum Præfixo, לְאַפְסֵי הָאָרֶץ *in fines terræ,* Ps. 59.14.

Vers.9.

Vers.9.

99 תְּרֹעֵם Tero-עém] *Confringes eos.* Targ. תְּתַבְּרִנּוּן *conteres eos.* LXX ποιμανεῖς αὐτοὺς, *reges eos.* Legerunt תִּרְעֵם à רָעָה *pavit, rexit, gubernavit*: inde Apoc.2.26. ποιμανεῖ αὐτοὺς *reget eos virgâ ferreâ.* A רָעַע *fregit, confregit, contrivit* (magis Chaldaic. est quàm Hebr. pro רָצַץ ejusdem significationis, mutato צ in ע) Fut. Kal, quod legitur in Psalm. hoc loco tantùm. Analogicè esset תְּרֹעַע, at syncopatâ mediâ radicali R. 71. fit תָּרֹעַ, & ob Affix. correpto (ָ) in (:) R.114. fit תְּרֹעֵם.

100 בְּשֵׁבֶט Beshé-bhet] *virgâ.* שֵׁבֶט *virga, sceptrum, baculus.* Nom.commun. generis, sed mascul.sæpiùs.Cum Præfixo, בְּשֵׁבֶט *in virga,* ubi ב est instrumenti,R.80.n.3. Targ. בְּחוּטְרָא *baculo.*

101 בַּרְזֶל Bar-zél] *ferri*, i.e. ferrea. Substantivum adjectivi loco, R. 34. n.3. Nomen quadriliterum, masculin. sine plurali. בַּרְזֶל *ferrum*, & ea quæ ex ferro sunt instrumenta, *compes, catena*,Ps.105.18. בַּרְזֶל בָּאָה נַפְשׁוֹ *ferrum ingressa est anima ejus.* Targ. בְּשֵׁיר דְּפַרְזֶל *in catenam ferream ingressa est anima ejus*, i.e. in nervum ferreum venit corpus ejus,Ps.107.10. *Vincti afflictione* וּבַרְזֶל *& ferro*,i.e. compedibus.

102 כִּכְלִי Kich-lí] *sicut vas.* A כָּלָה *perfecit.* Nom.masc. כְּלִי *vas, instrumentum*, est commune ad omne utensile,quod paratur,consummatur,& perficitur.Legitur in Psalmis cum duobus Præfixis, כִּכְלִי *sicut vas*, בִּכְלִי *in instrumento*, Ps.71.22. ubi כ & ב notantur cum (ִ) ob sequens (:)R.6.

103 יוֹצֵר Jo-tsér] *fingentis*, i.e. figuli. A יָצַר *finxit, formavit*: tribuitur Deo & homini, notátque *novis modo aliquid effigiare.* Benoni kal יוֹצֵר (quod supplet vices Nomin.) *creator, figulus.* Et absque ו, Ps.94.9. יֹצֵר *formans.* Cum ה Relativo, R. 76. הַיּוֹצֵר *qui format*, Ps.33.15.

104 תְּנַפְּצֵם Tenap-petsém] *penitùs dissipabis eos.* Targ. תְּתַרְעִנּוּן *dirumpes eos.* LXX συντρίψεις αὐτούς, *confringes eos.* A נָפַץ *sparsit, dispersit, dissipavit*; dicitur de quavis dispersione, quæ etiam fractionem comprehendit, Psal.137.9. וְנִפֵּץ (Præt. Pih.) *& disperget infantes tuos ad petram*, i. e. collidet. In Futuro Pih. occurrit hoc loco cum Affixo ם.. ob quod (..) ultim. transit in (:) R. 117.

Vers.10.

105 וְעַתָּה Veעát-ta] *Et nunc.* A עָתַת *tempestivè aliquid egit*, venit Adverb. temporis præsentis vel mox venturi, עַתָּה *nunc, jam*, q. hoc tempore. Cum Præfix. וְעַתָּה *et nunc.* Et in pausa וְעָתָּה Ps. 119. 67. Et absque ה, וְעַתְּ Ps.74.6. מֵעַתָּה *ex hoc nunc*, Ps.121.8. i.e. ex hoc tempore.

106 הַשְׂכִּילוּ Has-kí-lu] *intelligite.* A שָׂכַל *prudenter se gessit*: sed usitatius in Hiph. *intellexit, intelligere fecit*, q. intellectum vel prudentiam fecit sibi vel aliis. Inde in secunda pers. plur. Imper. Hiph. הַשְׂכִּילוּ (cum dagesh leni post (:) R.17.) *facite ut intelligatis, studete ut sapientes sitis.*

107 הִוָּסְרוּ Hiv-vá-serú] *erudimini vos.* A יָסַר *se erudivit* verbo vel reipsa, *castigavit.* Imper.plur. Niph. mutato (ו) in ו dageshatum,R.56. הִוָּסְרוּ Targ. קַבִּלוּ מַרְדּוּתָא *accipite castigationem*, ad morum correctionem spectat.

שִׁפְטֵי

108 שֹׁפְטֵי Sho-pheté] *judicantes*, i. e. judices. Targ. נְגוֹדֵי אַרְעָא *duces terræ*. A שָׁפַט *judicavit*, i. e. vel *simpliciter*, quæ bona agenda vel mala fugienda sunt pronunciavit; vel *relatè*, justum absolvit & injustum condemnavit. Benoni Kal pro Nomine, שׁוֹפֵט *judicans, judex*, vindex. Et absque ו, שֹׁפֵט In plur. שֹׁפְטִים *judicantes, judices*, quorum officium erat docere populum mores divinos, & de causis civilibus dijudicare. In Regim. שֹׁפְטֵי R.34. Cum Præfixo, מִשֹּׁפְטֵי *à judicibus animæ ejus*, Ps.109.31. i.e. qui condemnant. Cum Affixo, שֹׁפְטֵיהֶם *judices eorum*. Psal.141.6.

*Vers.*11.

109 עִבְדוּ ųibh-dhú] *Colite*. A עָבַד *servivit*; dicitur de omni servitute tam libera quàm coacta; at de Deo & terra usurpatum, *coluit*. (Apud Chald. עֲבַד est *facere*, quòd servire sit aliquid agere.) Imper. plur. Kal עִבְדוּ *servite, cultum exhibete*. Omittitur a. hîc dagesh Lene post (:) quoniam hoc (:) profectum est ex vocali longa. Venit enim à sing. עֲבֹד

110 בְּיִרְאָה Bejir-á] *in timore*. A יָרֵא *timuit*, Nom. fœmin. יִרְאָה *timor, reverentia, pietas in Deum, religio*. In cultu enim Dei præcipuum est ut timeatur. Horat. vocat *Metum Deorum*. In Regim. facit יִרְאַת *timor*. R. 34. Cum Præfix. בְּיִרְאָה *in timore*, לְיִרְאָה *ad timorem*. Cum Affixis, mutat ה in ת. R.104. fitque בְּיִרְאָתְךָ *cum reverentia tui*, לְיִרְאָתֶךָ *in timore tuo*. וּכְיִרְאָתְךָ *& sicut timor tuus*. Ps. 90 11.

111 וְגִילוּ Veghí-lu] *& exultate*. LXX inserunt *Ei*, *Et exultate ei*. Targ. וְצַלּוֹ בִּרְתִיתָא *& orate in tremore*. A גּוּל *exultare*, præ gaudio vel lætitia *gestire*; dicitur de ingenti lætitia, (quomodo differt à שָׂמַח *lætari*.) notâtque propriè animi lætitiam, quæ gestu corporis aliquo exprimitur. Secunda pers. plur. Imper. Hiph. (formæ קוּם) & analogicè esset הָגִילוּ, sed ה Characteristic. per Aphæresin tollitur, fitque גִּילוּ exultate.

112 בִּרְעָדָה Bir-ųa-dhá] *in tremore*. A רָעַד *tremuit, contremuit*. Nom. fœmin. absque plurali. Invenitur bis in Psalm. רְעָדָה *tremor*. Psal.48. 7. Et cum Præfixo, בִּרְעָדָה, ubi ב cum (.) ob sequens (:) R.6.

*Vers.*12.

113 נַשְּׁקוּ Nash-shekú] *Osculamini* Targ. קַבְּלוּ אֻלְפָּנָא *accipite doctrinam*. LXX δράξασθε παιδείας, *apprehendite disciplinam*. (Legerunt forsitan נַשְּׁגוּ à נָשַׂג *apprehendit*, & בַּר *filium*, acceperunt pro *puritate*, doctrinâ purâ.) A נָשַׁק *Osculatus est, osculum præbuit*, Imper. plur. Pih. נַשְּׁקוּ *osculamini filium*, in honorem & obedientiam.

114 בַר Bhár] *filium*. Vocabulum propriè Syro-Chaldæum, pro Hebræo בֵּן *filius*. Inde nomina propria in N.T. *Simon* βὰρ ἰωνᾶ, βαρνάβας, βαρθολομαῖος, βαρτιμαῖος. In Bibliis legitur h.l. tantùm, & Prov.31.2. cum affixo, בְּרִי *fili mi*, pro Hebr. בְּנִי Quidam exponunt, *Osculamini purum*, vel *purè*, scil. Deum, à בָּרַר *purum esse*, unde בַּר *purus*.

115 פֶּן Pen] *ne fortè*. A פּוּן *dubium esse, hæsitari*, fit פֶּן dubitantis & negantis particula, quæ semper additur Futuris tantùm, idem valens quòd שֶׁלֹּא *Ne fortè, ne quando, ut non, ne*.

116 יֶאֱנַף je-enáph] *irascatur*. Ab אָנַף *flare*

flare naribus ut ſolent irati, i. e. ſuccenſuit, iratus fuit. Fut. kal, quod bis legitur in Pſalm. In ſecunda perſ. תֶּאֱנַף *iraſceris*, Pſ.79.5. & 85.6. In tertia perſ. יֶאֱנַף *iraſcetur.* ubi guttural. א (ut legi poſſit) habet ſub ſe (ֱ) & mutat præcedens (ִ) in (ֶ) R. 13. pro יִאְנַף.

117 יִבְעַר jibh-ýár] *exardeſcet.* A בָּעַר *arſit, exarſit, combuſtus fuit* (cujus antitheton eſt כָּבָה *extinctus fuit.*) Futur. kal, quod flectitur in Pſalm. in tertia perſ. tantùm. Maſculin. יִבְעַר *cum exarſerit naſus ejus.* i.e. ira excandeſcens. Fœmin. תִּבְעַר *ardebit, comburet.* Et cum ו Converſivo, וַתִּבְעַר *& exarſit*, (ignis) Pſ. 106. 18.

118 כִּמְעַט Kim-ýát] *quaſi parum.* LXX ἐν τάχει, *citò, in brevi.* A מָעַט *diminutus fuit*, Nom. maſc. מְעַט *parvus, parvum, paucitas, modicum.* Cum Verbis, tranſit in naturam adverbii. Pſ.8.6. *Deficere feciſti eum* מְעַט *parum ab Angelis.* Cum כ ſimilitudinis, כִּמְעַט *ſecundùm parum, paulominus, ferè, propemodum, brevi momento.* In plur. aſſumit dageſh euphonic. R.18. facitque מְעַטִּים *pauci.* Pſ.109.8.

119 כָּל־ Col] *omnes.* כֹּל (vide ſuprà Num. 33.) ob Maccaph, mutat ו in (ָ) R.134. facitque כָּל־ *omnis, omnes, omnia.* Cum præfix. בְּכָל־ *in omni, in toto.* לְכָל־ *omnibus, omnes*, מִכָּל־ *ab omni*, וּמִכָּל־ *& ab omni.* כְּכָל־ *ſecundùm omne.* "Notandum autem eſt, "Maſoram obſervaſſe duo loca in Bibliis, in quibus כָּל notatur cum accentu; ideóque hoc (ָ) in his locis longum eſt, ac efferendum *cal*, non *col.* Semel ſic occurrit in Pſalm. כָּל עַצְמֹתַי *(cal) omnia oſſa mea.* Pſ.35.10. Et ſemel in Proverb. כָּל אֲחֵי רָשׁ *Omnes fratres pauperis.*Pr.19.7.

120 חוֹסֵי Hhó-ſe] *ſperantes.* A חָסָה *recepit ſe ad aliquem, protectionem ſub aliqua re quæſivit*, ubi ſit tutus à cœli aliáve injuriâ; tranſlatum ad animum, eleganti metaphorâ ſignificat *fidit, confidit, ſperavit.* Benoni kal, quod in ſing. facit חוֹסֶה cum (ֶ) R.65. In plur. excluſo ה. R.103. fit חוֹסִים *ſperantes, confidentes.* Et cum ה Relativo, הַחוֹסִים *qui confidunt.* Pſ.18.31. & excluſo ה Emphat. לַחוֹסִים בָּךְ *iis qui confidunt in te.* Pſ. 31.20. In Regim. facit חוֹסֵי *confidentes.* Eſt autem hic enallage ſtatus Conſtructi pro Abſoluto חוֹסִים Cæterùm hoc Verbum ferè ſemper conſtruitur cum ב, ideóque ſequitur

121 בוֹ Bhó] *in eo.* ב eſt præpoſitio *In*, & ו affix. ſingulare. Legitur & cum Præfixo, וּבוֹ *& in eo.* Pſ.144.2.

PSALMUS III. 1

122 מִזְמוֹר Miz-mór] *Pſalmus.* A זָמַר *putavit, præcîdit*; in Pihel, זִמֵּר *cecinit, modulatus eſt* carmen conciſum & breve, perſonante aliquo muſico inſtrumento. Nom. Heemanth. maſc. ſine plurali, מִזְמוֹר *Pſalmus*, cantus poëticâ arte concinnatus, & inſtrumento muſico, decantatus. Occurrit 41 vicibus in Pſalmis: & interdum habet additum שִׁיר *canticum* vel *cantilena*, ut Pſ. 30,65,67,68 75,76 87,92. מִזְמוֹר שִׁיר *Pſalmus cantici*, i.e. carmen quod priùs inſtrumento pſallebatur, poſt effectum ut corporeâ voce cani poſſit. E converſo, שִׁיר מִזְמוֹר Pſ.48,66 83,88, 108. *Canticum pſalmi*, i.e. priùs vivâ voce decantatum, ac deinceps inſtrumentis accommodatum.

123 לְדָוִד Ledha-vídh] *Davidi* ſcil: inſpiratus. A דוד *amicus, dilectus*, fit דָּוִד q. *amabilis.* Legitur cum duobus Præfixis, לְדָוִד LXX. τῷ Δαυὶδ, *ipſi Davidi*, ita ut ל deſerviat dandi caſui, (quâ

(quâ in re non auctorem ipsum fuisse Psalmorum, sed amanuensem Sp. S. patet, ut ipsemet testatur, Ps. 45. 2. *Lingua mea calamus scribæ velocis.*) *Et elegit* בְּדָוִד *Davidem*, Ps. 78.70.

124 בְּבָרְחוֹ Bebhor-hhó] *infugere ejus*, i. e. in fuga ejus. A בָּרַח *fugit*, *aufugit*, (idem est cum נוּס, nisi quòd illud sæpè fit sine persequente.) Infinit. kal, בְּרוֹחַ *fugere*. At ob affix. ו, (-) furtivum evanescit. R. 10. & ו transit in (׳׳) ut habes R. 98. facitq; cum ב nota Gerundii (quod circumlocutionem Conjunctivi efficit, R.41.) בְּבָרְחוֹ *cum fugeret ipse*, Psal. 52.1.

125 מִפְּנֵי Mip-pené] *à faciebus*, sive ab irata facie. A פָּנָה *aspexit, respexit*, fit פָּנִים *facies, vultus*, quòd hic inde respiciat. Et quoniam *Facies* plures habet partes, easque singulas geminas, ut supercilia, oculos, genas, nares, labia, dentes, ideò Hebræis (idque convenienter naturæ) dicitur in plurali numero tantùm. Porrò, cùm in facie, ira & furor dignoscitur, ideò *Facies* sæpè pro *indignatione* ponitur. In Regimine mutato ים. in י.. R.34. & (׳) in (:) R.114. fit פְּנֵי *facies*. Et cum Præfixo מ R. 74. מִפְּנֵי *à faciebus*, à conspectu, vel propter.

126 אַבְשָׁלוֹם Abh-sha-lóm] *Absalom*. Nomen proprium filii *Davidis*, qui fuit tertius Mahacæ filius. 2 *Sam.* 3. 3. Compositum ex אָב *pater* & שָׁלוֹם *pax*; q. pater pacis.

Vers. 2.

127 רַבּוּ Ráb-bu] *multi sunt*. A רָבַב *auctus, copiosus, multus, multiplicatus fuit*. Dicitur de quocunque augmento, sive quantitatis, sive qualitatis. Præter kal, quod per syncopen facit רַב pluralit. רַבּוּ R. 70. Et in pausa mutato (-) in (׳) רָבּוּ (quæ) *multiplicata sunt*, Psal. 4. 8. Cum præfixo, וְרַבּוּ *& multiplicati sunt*, Psalm. 38. 20.

128 צָרָי Tsa-ráj] *hostes mei*. LXX. οἱ θλίβοντές με, *qui tribulant me* (i. e. qui variis pungunt me aculeis, ut tribulus.) A צוּר *arctare, coarctare, angustum reddere*. Nomen participiale צַר *arctus, angustus*; & substantivè *angustia*, tam animi quàm corporis. It. activè, *hostis, angustator*, eò quòd ab hostibus sæpe in angustias deducimur. Cum præfixis, מִצַּר *ab angustia*, בַּצַּר *in hac angustia* (excluso ה Emphat.) Psal. 4. 2. Et cum (-) loco (׳) מִצָּר *ab angustia*, Psal. 32. 7. בַּצַּר *in hac angustia*, Psal. 18. 7. (quæ duo possunt commodè referri ad צָרַר) In plurali facit צָרִים *hostes*. Cum Affix. excluso ים. R. 105. צָרַי (& in pausa cum (׳) צָרָי) *hostes mei*. וְצָרַי *& hostes mei*. צָרֵינוּ *hostes nostri*. מִצָּרֵינוּ *ab hostibus nostris*. צָרָיו *hostes suos*. בְּצָרָיו *in hostes suos*. מִצָּרָיו *præ hostibus ejus*. צָרֵיהֶם *hostes eorum*. In fœminino facit צָרָה *angustia, cruciatus*, unde cum præfixo מִצָּרָה *ab angustia*, Psal. 143. 11.

129 רַבִּים Rab-bím] *multi*. A רָבַב (de quo Num. 127.) fit mascul. רַב *multitudo, copia, multus, multum*. (unde *Rabbi*, magister, gradus dignitatis.) וְרַב *& multus*. In pausa scribitur cum (׳) רָב *multo*, Psal. 19. 11. In plurali assumit dagesh, ad supplendum defectum literæ absentis. R. 125. fitque רַבִּים *multi*, רְשָׁעִים רַבִּים *impiorum magnorum*, Ps. 37. 16. Cum præfix. בְּרַבִּים *in multis*. לָרַבִּים *multis*.

130 קָמִים ka-mím] *surgentes*. A קוּם *surgere*, Benoni kal abjecto ו R.58. קָם *surgens, insurgens*. In plurali semper

ſemper in malum uſurpatur pro hoſtibus. קָמִים *ſurgentes*. Et cum ה Relativo, R. 76. הַקָּמִים *qui inſurgunt*: ac excluſo ה Relativo, R. 81. בַּקָּמִים *in eos qui inſurgentes ſunt*. Pſ. 92. 12. Cum affixis, excluſo ים׳ R. 105. fit קָמַי *inſurrectores meos*, Pſ. 18. 40. קָמֵינוּ *inſurgentes in nos*, Pſal. 44. 6. קָמֶיךָ *inſurgentium in te*, Pal. 74. 22. pro קָמִים עָלֶיךָ &c.

131 עָלָי] ya-lái) *contra me*. עַל (vide ſuprà Num. 61.) ſuſcipit Affixa Nominum pluralium, R. 101. ac cum Affixis Levibus, geſtat (ֵ) cum Gravibus verò (ָ) ut עָלַי (& in pauſa עָלָי) *contra me*. עָלַי נְדָרֶיךָ *ſuper me vota tua*, Pſ. 56. 13. i. e. meum eſt perſolvere ea, quæ tibi vovi. (cauſam importat) מֵעָלַי *à ſuper me*, i. e. à me, Pſ. 39. 11. עָלֵינוּ *ſuper nos*, עָלֶיךָ *ſuper te, ad te*. *Retribuit* עָלָיְכִי *ſuper te*, Pſ. 116. 7. (ubi Affix. Chaldæo-Syrum, pro fœmin. עָלָיִךְ R, 146.) עָלָיו *ſuper eum*. וְעָלָיו *et ſuper eum*. וְעָלֶיהָ *& propter illam*, Pſ. 7, 8. עָלֵימוֹ *ſuper eos*. עֲלֵיכֶם *ſupra vos*. עֲלֵיהֶם *ſuper illos*.

Verſ. 3.

132 אֹמְרִים O-merím] *dicentes*. Ab אָמַר (ſuprà Num. 89.) Benoni Kal. אֹמֵר *dicens*, plur. אֹמְרִים *dicentes*. Cum præfix. הָאֹמְרִים *qui dicunt*, Pſ. 40. 16. (cum ה Relativo.) בְּאֹמְרִים *in dicentes*.

133 לְנַפְשִׁי Lenaph-ſhí] *anima mea*, i.e. mihi: vel *de anima mea*. נֶפֶשׁ *anima*, Nomen genere commune, ſed ſæpius fœmininum. Eſt principalior & nobilior pars totius compoſiti, & in latitudine ſuâ non ſolùm *animam rationalem* continet, verùm etiam *ſenſitivam*, cum ſuis potentiis: unde ſumitur pro *halitu, vitâ*, (quæ in motu et ſenſu conſiſtit) *deſiderio, affectu*, &c. Non rarò etiam pro *corpore* tam animato quàm exanimi, *cadavere*, (ſed hominis tantùm.) Et per Synecdochen pro ipſa *perſona cujuſque*. In pauſa facit נָפֶשׁ Pſ. 19. 8. Cum præfix. וְנֶפֶשׁ *et anima*. *Ne tradas me* בְּנֶפֶשׁ *in animam inimicorum meorum*, Pſ. 27. 12. Targ. בִּרְעוּת *in voluntatem*, deſiderium. *Inimici mei* בְּנֶפֶשׁ *in anima*, Pſ. 17. 8. i. e. *capitales*, vel ut Targ. בִּרְעוּת נַפְשְׁהוֹן *in voluntate animæ ſuæ*. Cum Affixis, mutat utrumque (ֶ) in (ְ) R. 122. & prius (:) in (-) R. 6. facitque נַפְשִׁי *Anima mea in medio leonum*, Pſ. 57. 5. Targ. גּשְׁמִי *corpus meum*. (Et cum ו loco (י) נַפְשׁוֹ, Pſ. 24. 3. ubi ſecundùm puncta eſt נַפְשִׁי, et ſecundùm literas נַפְשׁוֹ *anima ejus*.) וְנַפְשִׁי *et anima mea* בְּנַפְשִׁי *in anima mea* לְנַפְשִׁי *ad animā meā*. בְּנַפְשִׁי *in anima mea*. נַפְשְׁךָ *animam tuam*. נַפְשֵׁנוּ *anima noſtra*. *In ferrum venit* נַפְשׁוֹ *anima ejus*, Pſ. 105. 18. i. e. corpus ejus. וְנַפְשׁוֹ *et anima ejus*. בְּנַפְשׁוֹ *in anima ſua*. נַפְשָׁם *anima eorum*. *Et miſit maciem* בְּנַפְשָׁם *in animam ipſorum*, Pſ. 106. 15. i. e. corpus. *Vt peterent cibum* לְנַפְשָׁם *pro anima eorum*, Pſ. 78. 18. i. e. pro deſiderio ſuo. In plurali, mutato priori (ֶ) in (:) et poſteriori in (ֵ) R. 122. fit נְפָשׁוֹת *animæ*. In Regim. converſo (ֵ) in (:) R. 114. prius (:) tranſit in (-) R. 6. fitq; נַפְשׁוֹת *animas beneficorum ſuorum*, Pſ. 97. 10. וְנַפְשׁוֹת *et animas pauperum*, Pſ. 72. 13.

133 אֵין En] *non* vel *nulla*. אַיִן eſt particula negativa, idem quod לֹא *non*: vel nominaliter, *nullus, a, um, nihil*. Cum Præfixis, כְּאַיִן *ſicut nihil*, Pſal. 39. 6.

39.6. Et Pſ.73.2. כְּאַיִן Targ. כִּלְמָא *propemodum effuſi ſunt greſſus mei.* וְאַיִן *& nullus.* Pſ.69.21. (ubi ו ante accentum diſtinctivum Athnach, geſtat (ָ) R7.8.) Cum Præfixo מ, eſt adverbium loci, idem quod מֵאַיִן *unde!* Pſ.121.1. מֵאַיִן *unde veniat auxilium meum.* Sæpiùs per contractionem effertur אֵין *nullus, nemo, nihil:* & præponitur Nominibus, ac Participiis, non autem Verbis. Pſ.18.42. וְאֵין מוֹשִׁיעַ *& non ſalvans.* Pſ.146.3. שֶׁאֵין לוֹ תְשׁוּעָה *cui non illi ſalus.* i.e. in quo non eſt ſalus.

135 יְשׁוּעָתָה לּוֹ Jeſhu-yá-thal-ló](*non*) *omnimodo ſalus ei*, i.e. nulla prorſus, actum jam eſt de ipſo. (Fuerat enim tum Proverbium contra David, *Ei qui furatus eſt ovem* (Bethſabeam) *& occidit paſtorem* (Uriam) *poterit eſſe ſalvatio?* A יָשַׁע *ſalvavit*, Nom. fœmin. יְשׁוּעָה *ſalus*, & ad majorem auxeſin, cum duplici ſigno fœminino ה & ת, R.27. יְשׁוּעָתָה *omnimoda ſalus*, quomodo ter tantùm legitur in Bibliis, Jon. 2.9. hoc loco, & Pſ.80.3. cum Præfixo, *Et adſis* לִישֻׁעָתָה לָּנוּ *ad omnimodam ſalutem nobis*, ubi (ֻ) eſt pro ו R.107. & (:) ſub (י) tollitur ob præcedens (.) R.8.

136 לוֹ Ló] *ei.* ל eſt nota Dativi, & ו affixum: facítque לוֹ *ei, ſibi,* וְלוֹ *& ei.* Notandum autem hîc eſt, ל habere dageſh forte, quod Hebræis dicitur *Athemerahhik.* Vide Reg.134.n.2.

137 בֵּאלֹהִים Be-lo-hím] *per Deum.* A ſingul. אֱלוֹהַּ *Deus*, (quod quater legitur in Pſal.18.32. 50.22. 114.7. 139.19.) fit plur. אֱלֹהִים excluſo (ַ) furtivo, & punctulo Mappik. R.10.& 21. Eſt autem ELO-HIM unum ex præcipuis Dei nominibus, & ei tribuitur in quantum eſt Conditor, Rector, Gubernator, Princeps & Judex univerſi. Ex conſuetudine hujus linguæ ferè ſemper pluraliter ponitur, ídque ad ejus ſummam majeſtatem & ſingularem gloriam indicandam. Tribuitur autem hoc nomen *Elohim* non ſolùm *vero Deo*, verùm etiam *Angelis*, & *hominibus magnis* qui aliis præſunt & proſunt. *Angelis.* Pſ.8.6. *Minuiſti eum paulo minus* מֵאֱלֹהִים *ab Angelis.* Pſ.86.8. *Non eſt ſimilis tui* בָאֱלֹהִים *inter Deos.* Targ. בְּאַנְגְּלֵי מְרוֹמָא *inter angelos excelſos.* Pſ.97.7. *Incurvate vos ei omnes Dii*, i.e. Angeli, ut exponitur Hebr.1.6. *Judicibus & Magiſtratibus.* Pſ.82.1. *In medio Deorum judicat.* Pſ.138.1. *Coram Diis pſallam te*, &c. Denique ipſa *ſimulachra* & *Dii fictitii* nomine *Elohim* vocantur, quòd illis ſui cultores vim quandam divinam attribuerent. Pſal. 96.5. *Omnes* אֱלֹהֵי הָעַמִּים *Dii populorum idola.* Cum ה Emphat. *Civitas* הָאֱלֹהִים *ipſius Dei.* Pſ. 87.3. Cum Præfixis וכלב habet (ֵ) quieſcente א, R. 82. בֵּאלֹהִים pro בָּאֱלֹהִים *in Deo*, vel jurantis *per Deum.* (Legitur etiam בָּאֱלֹהִים Pſ. 86. 8. excluſo ה Emphat, ſed forſitan metri cauſâ.) לֵאלֹהִים *ad Deum.* Pſ.42.3. כֵּאלֹהִים *ſicut Deus.* Pſ.77.4. In Regimine facit אֱלֹהֵי *Deus*, לֵאלֹהֵי *Deo*, מֵאֱלֹהֵי *à Deo.* Cum Affixis excluſo ים. R.105. facit אֱלֹהַי (& in pauſa אֱלֹהָי) *Deus mi, meus.* מֵאֱלֹהָי *à Deo meo*, לֵאלֹהַי *Deo meo*, וֵאלֹהַי *& Deus mi, meus*, וּבֵאלֹהַי *& in Deo meo.* אֱלֹהֵינוּ *Deus noſter*, לֵאלֹהֵינוּ *Deo noſtro.* וֵאלֹהֵינוּ *et Deus noſter*, אֱלֹהֶיךָ *Deus tuus* maſc. אֱלֹהַיִךְ *Deus tuus* fœm. Pſal.146.10. אֱלֹהָיו *Deus ejus*, אֱלֹהֵיכֶם *veſter*, אֱלֹהֵיהֶם *illorum.* Cæterùm, etymon hujus vocis eſt incertum; nulla enim ejus radix verbalis apud Hebræos ex-

tat : nisi fortè velis ex Arabico أَلَهَ
אֲלַהּ (aliha) *colere, servire, adorare* ; Deus enim summus, solus religiosè colendus & adorandus est.

138 סֶלָה Sé-la.] Vox hæc 71 vicibus legitur in Psalmis, & ter in Habbakuk. Quid significet, valdè incertum est. Sit conjectura. A סָלַל *exaltavit, elevavit, viam lapidibus stravit* ut emineat ; fit סֶל *exaltatio, elevatio,* & cum ה adverbiali (gestat enim accentum in penult.) סֶלָה *in exaltatione, altè* : quia vox cantoris ibi erat elevanda, (unde forsitan in Musica, *Sol, La.*) & simul notanda quædam *exaggeratio* eorum quæ dicta sunt. q. d. *Nota benè, Considera hoc,* &c. V. G. h. l. *Multi dicunt animæ meæ, nulla prorsus salus ei, per Deum,* vel *in Deo ! Sela.* Considera hoc, quàm deploranda est mea calamitas, quòd etiam Dei erga me paternam ejus providentiam & miserationem prorsus denegant ! Verisimile etiam est eos, cum ad *Sela* perventum fuerat, pulsasse organa : nam ferè semper in illis psalmis occurrit, quæ nomine מִזְמוֹר prænotantur. Targum לְעָלְמִין *in æternum.* LXX. διάψαλμα, (à διαψάλλω *percino*) quæ vox Suidæ est μέλους ἐναλλαγὴ *carminis vel metri mutatio.* In Vulgata versione nullibi reperitur.

Vers. 4.

139 מָגֵן Ma-ghén] *clypeus.* LXX. ἀντιλήπτωρ μου *susceptor meus,* h. e. protector defensor. A גָּנַן *texit, protexit.* Nomen defectivum Heemanthic. מָגֵן *clypeus, scutum,* quo corpus tegitur & defenditur. וּמָגֵן *& clypeus.* Ps. 84. 12.

140 בַּעֲדִי Ba-ẏadhí] *circa me.* A עָדָה *transiit,* fit עַד *Ad, Usque, donec.* Et in forma Regiminis, עֲדֵי *usque* Ps. 83. 18. Amat Affixa Nominum pluralium, R. 101. ideóque facit עָדֶיךָ *usque ad te.* Ps. 65. 3. Cum Præfixo בְּ, בְּעַד *in, pro, circa.* quod cum Affixis mutat (-) in (:) compositum (-:) R. 121. & punctuat præcedentem, R. 13. facítque בַּעֲדִי *circa* vel *pro me. Et nox est lux* בַּעֲדֵנִי *circa me.* Ps. 139. 11. LXX ἐν τῇ τρυφῇ μου *in deliciis meis.*) Fortè legerunt בְּעֶדְנִי, à עֵדֶן *voluptas, deliciæ.*) בַּעֲדוֹ *pro eo.*

141 כְּבוֹדִי Kebho-dhí] *gloria mea.* i. e. qui me honorabilem & gloriosum reddis. A כָּבֵד *gravis fuit,* fit Nom. masc. כָּבוֹד *gloria, honor,* q. gravitas. Sumitur etiam pro *hominis anima,* quæ corporis est decor majestásque. Cum Præfix. וְכָבוֹד *& gloria,* הַכָּבוֹד *illius gloria,* בְּכָבוֹד *in gloria.* In Regimine & Affixione mutato (ָ) in (:) R. 114. facit כְּבוֹד אֵל *gloriam Dei.* Ps. 19. 2. וּכְבוֹד *& gloria.* כְּבוֹדִי *gloria mea,* It. *lingua mea,* sive *anima mea.* Ps. 17. 9. וּכְבוֹדִי *& gloria mea.* *Habitaculum* כְּבוֹדֶךָ *gloriæ tuæ.* Ps. 26. 8. וּכְבוֹדְךָ *& gloriam tuam.* כְּבוֹדוֹ *gloria ejus,* בִּכְבוֹדוֹ *in gloria sua.* Ps. 102. 17. (ubi in ב omittitur dagesh lene post (:) quiesc. quoniam hoc (:) profectum est ex (ָ) R. 17.)

142 וּמֵרִים U-me-rím] *& extollens.* A רוּם *altum, elatum, evectum esse.* Part. Hiph. excluso י & compensato per (..) מֵרִים R. 58. וּ *Et,* ante Labialem.

143 רֹאשִׁי Ro-shí] *caput meum.* Nom. masc. genere רֹאשׁ *caput, initium, principium* cujusslibet rei. *Summitas, cacumen, vertex.* Ps. 119. 160. רֹאשׁ *caput verbi tui veritas.* Targ. שֵׁרוּי *initium.* Ps. 137. 6. *Jerusalem* עַל־רֹאשׁ *super caput lætitiæ meæ.* Targ. שֵׁרוּי *initium.* Psal. 141. 5. *Oleum* רֹאשׁ *capitis,* i. e. præstans. Cum Præfixis, הָרֹאשׁ *ipsum caput,* לְרֹאשׁ *in caput,* בְּרֹאשׁ *in capite,* i. e.

i. e. summitate. Ps.76.16. Cum Affixis, רֹאשִׁי *caput meum,* לְרֹאשִׁי *in caput meum.* לְרֹאשֵׁנוּ *in caput nostrum,* לְרֹאשׁוֹ *in caput ejus,* בְּרֹאשׁוֹ *in capite ejus.* רֹאשָׁם *caput eorum.*

Vers.5.

144 קוֹלִי Ko-lí] *Voce meâ.* cum ellipsi ב, pro בְּקוֹלִי Nom. masc. cum plurali fœmin. קוֹל *Vox, sonus.* Comprehendit omnes sonos, etiam *tonitru*, quod Græcis est φωνὴ Διὸς, *vox Jovis.* Cum Præfix. מִקּוֹל *à voce,* וְקוֹל *& voce,* Ps.98.5. בְּקוֹל *in voce,* לְקוֹל *ad vocem, voci.* Cum Affix. קוֹלִי *vox mea,* בְּקוֹלִי *voce mea,* לְקוֹלִי *ad vocem meam.* (& cum defectu ו) קֹלוֹ *vocem suam,* Ps.18.14. בְּקֹלוֹ *in vocem ejus,* Ps.95.7. *vocem suam.* Ps.46.7. קוֹלָם *vox eorum.* In plur. fœmin. cum Præfixo, מִקֹּלוֹת *à sono,* Ps.93.4.

145 אֶקְרָא Ek-rá] *clamabo,* Targ. אֲצַלֵּי *orabo.* A קָרָא nomine aut verbis *vocavit, invocavit,* voce significativâ, & conceptis verbis *clamavit, inclamavit.* Fut.kal, in quo א quiescit in (ָ) R.64. Flectitúrque in Psalmis sic: אֶקְרָא *invocabo,* אֶקְרָאֶךָ *inclamabo te.* Ps.86.7. יִקְרָא *clamabit.* It. *nominabit.* Ps.147.4. יִקְרָאֵנִי *vocabit me,* Ps.89.27. וַיִּקְרָא *& inclamavit,* Ps. 50.1. (cum ו conversivo Futuri, R.79.) נִקְרָא *invocabimus,* Ps. 80.19. יִקְרָאוּ *clamabunt,* Ps.147.9. (cum (ָ) loco (:) ob pausam Sylluk. R.132.) יִקְרָאֵהוּ *invocabunt ipsum,* Ps.145.18. cum (ֵ) loco ו, R.107.

146 וַיַּעֲנֵנִי Vaj-ja-ɣané-ni] *& exaudivit me.* Targ. *& recepit orationem meam.* Ubi nota, divinæ opis celeritatem, descriptam esse per *vocabo* in futuro, & *respondit* vel *exaudivit* in Præterito, Cajetan. A עָנָה *incipere loqui, resonare, respondere,* verbo vel reipsa, *exaudire, petitionem implere.* It. *humiliare, affligi,* quòd fortassis tali viro opus sit aliorum responsione & auxilio. Futur. kal, quod in Psalmis flectitur sic: *Priusquam* אֶעֱנֶה *loquerer,* (Targ. אֶסְתַּגַּף *affligerer*) *ego errabam.* Ps.119.67. וְאֶעֱנֶה *& respondebo,* Ps. 119. 42. תַּעֲנֶה *respondebis,* Ps. 22.3. (Formationem horum pete suprà ex Num.34.) Cum Affixis, ה radicale tollitur, R. 103. facítque אֶעֶנְךָ *respondebo tibi,* Ps.81.8. (pro analogo אֶעֱנְךָ ubi sublato ה radicali, Sheva compositum (ֱ) amittit suum (:) ob sequens (:) R.15. וְאֶעֱנֵהוּ *& respondebo ei,* Ps.91.15. תַּעֲנֵנִי *exaudies me.* תַּעֲנֵנוּ *proloquêris nobis,* Ps. 65.6. וַתַּעֲנֵנִי *& respondisti mihi,* Ps. 119.26. cum ו conversivo Futuri, R.79. יַעֲנֵנִי *exaudiet me,* & cum ו conversivo, R. 79. וַיַּעֲנֵנִי *& respondit mihi.* יַעֲנֵנוּ *exaudiet nos,* יַעַנְךָ *exaudiet te,* Ps.20.2. (ubi (ַ) sub ע amittit suum (:) ob sequens (:) R.15.) יַעֲנֵם *exaudiet eos,* וַיַּעֲנֵם *& respondebit eis.* In tertia pers. fœmin. apocopato ה, R.67. תַּעַן *resonabit lingua mea,* Ps.119.172. pro תַּעֲנֶה, ubi ob (:) subintellectum sub ן, (ַ) amittit suum (:) R.15.

147 מֵהַר Me-hár] *ex monte* sanctitatis suæ. Targ. *de monte domus sanctuarii sui,* intelligit montem Moriæ, in quo Templum ædificatum fuit à Salomone, quod David Prophetico spiritu jam prospiciebat. הַר vide suprà Num. 84. Cum Præfixis, מֵהַר *ex monte,* (ubi מ ante indageshabilem cum (ֵ) R.74. הָהָר *ille mons,* Ps.68.17. (ubi postremum (ָ) est ob accentum Rebia. R.131.) כְּהַר *sicut mons,* בְּהַר *in monte,* לְהַר *ad montem.* Cum Affixo, הַרְכֶם (in) *montem vestrum,* Ps.11.1.

In

In plurali scribitur cum (׳) ad compensandum defectum τȣ̃ dagesh. R. 125. confer cum R. 19. facitque הָרִים *montes*, quod aliquando notat res altas & excellentes, Psal. 18. 8. *Fundamenta* הָרִים *montium commovebuntur*, pro quo 2 Sam. 22. 8. habetur, שָׁמַיִם *cœlorum*. Cum ה Emphat. הֶהָרִים *ipsi montes*, Psal. 114. 4. (ubi ה gestat (ֶ) pro (-) ante gutturalem kametsatam, R. 109.) Et excluso ה R. 81. בֶּהָרִים *in istos montes*, Psal. 104. 32.

148 In fine hujus versus iterum ponitur סֶלָה (de quo dictum Num. 138.) q. d. *Nota benè*. Nam de divino auxilio obtinendo, tanta fiducia erat Davidis, ut cum orare proponeret, jam se exauditum crederet.

Vers. 6.

149 שָׁכַבְתִּי Sha-chábh-ti] *accubui*. Targ. *ego requievi*. A שָׁכַב *cubuit*, *procubuit*, *accubuit*, dicitur de quacunq; cubatione hominis. Præt. Kal, quod in Psalmis flectitur sic: Psal. 41. 9. *Et qui* שָׁכַב *decumbit, non addet surgere*, Targ. מְרַע *ægrotat*. שָׁכַבְתִּי *cubavi*.

150 וָאִישָׁנָה Va-i-shá-na] *et dormivi*. A יָשֵׁן *dormivit*, *soporatus fuit*. Fut. Kal, quod in Psalmis flectitur sic: אִישַׁן *dormiam* (ubi prima radical. (י) quiescit in (ִ) R. 55. וְאִישַׁן *et dormiam*, Psal. 4. 9. cum (ָ) ob pausam. וָאִישָׁנָה *et dormivi*, est cum ה parag. R. 102. & ו conversivo Futuri, quod gestat (ָ) ante gutturalem. R. 79. תִּישַׁן *dormies*, יִישַׁן *dormiet*. Psal. 121. 4. cum (ָ) ob pausam R. 131.

151 הֱקִיצוֹתִי Heki-tsó-thi] *evigilavi*, Targ. אִתְּעָרֵת *expergefactus fui*. A קוּץ in Hiph. abjectâ mediâ radicali, R. 58. הֵקִיץ *evigilavit*, *expergefactus fuit*. In prima pers. assumpto ו ante תִי R. 62. הֱקִיצוֹתִי mutato (ֵ) in (:) in Sheva composit. (ֱ) R. 116.

152 יִסְמְכֵנִי Jis-meché-ni] *sustentabit me*. A סָמַךְ *sustentavit*, *stabilivit*, *fulcivit*. Fut. Kal, quod in Psalm. legitur tantùm cum Affixis, תִסְמְכֵנִי *sustentabis me*, Psal. 51. 14. יִסְמְכֵנִי *suffulciet me*. Ubi ob Affixa, ׳ (quod est punctum terminale Futuri Kal) transit in (:) R. 119.

Vers. 7.

153 אִירָא J-rá] *timebo*. A יָרֵא *timuit*, *reveritus est*. Fut. Kal, quod in Psalmis flectitur sic: אִירָא *timebo*, (ubi (י) quiescit in (ִ) R. 55. & א in (ָ) R. 64.) *Ne* תִּירָא *timeas, si quis ditescat*, Ps. 49. 17. i. e. ne cures. יִירָא *timebit*. נִירָא *timebimus*. יִירְאוּ *timebunt*, וְיִירְאוּ *et timebunt*. Et in pausa, יִירָאוּ *timebunt*, Ps. 64. 5. וְיִירָאוּ *& timebunt*, Psal. 40. 4.

154 מֵרִבְבוֹת Me-ribh-bhóth] *à myriadibus*, ingentem numerum denotat, sicut Latinis *sexcenta*, numerus finitus pro indefinito. A רָבַב *multiplicavit*, Nom. fœm. רְבָבָה *myrias*, multitudo decem millium. וּרְבָבָה *et myrias*, Psal. 91. 7. In plur. facit רְבָבוֹת Et in Regim. correpto (ָ) in (:) R. 114. et verso priori (:) in (ִ) R. 6. fit רִבְבוֹת At quædam exemplaria habent רִבְבוֹת cum (ֲ), quod sub non gutturalibus, est tantùm adventitium. Cum Præfixo, מֵרִבְבוֹת Targ. מִמַּצּוּתָא דְעַמְמָא *à lite populorum*, (respexit ad רוּב *litigatus, rixatus fuit.*)

155 עָם Ҩám *populi*.] Vide infrà Num. 167.

156 סָבִיב Sa-bhíbh] *circumquaque*.

A

A סבב *circumdedit*, fit סָבִיב *circuitus*, propriè est Nomen. Vide infrà, Num. 771. sumitur etiam adverbialiter, pro *circa*, *circum*, *circumquaque*, *circumcirca*, Psal. 12. 9. et cum Præfixo, מִסָּבִיב *ex circuitu*, *undiquaque*, Psal. 31. 14.

157 שָׁתוּ Shá-thu] *posuerunt* contra me. i. e. aciem adversus me instruxerunt, Targ. אִתְכְּנַשׁוּ *congregati sunt*. A שׁוּת *ponere*, quod constructum cum עַל est hostile, *castra ponere*, Præt. Kal, quod in Psalm. flectitur sic: שָׁת *posuit*, abjectâ secundâ radicali ו R. 58. desinit in (ׇ) R. 59. שָׁתוּ *posuerunt*. Et resoluto (ׇ) in (-) et dagesh, שַׁתּוּ *posuerunt*, Psal. 73. 9. *positi sunt*, Psal. 49. 15. quasi esset à שָׁתַת

Vers. 8.

158 קוּמָה Ku-má] *Surge*. A קוּם *surgere*, (quod est Infinit. Kal, unde בְּקוּם *in surgendo*, Psal. 124. 2. i. e. quando surgit.) Imperat. Kal, cum ה parag. קוּמָה *surge*, habet vim excitativam. וְקוּמָה & *surge*, subitò adsis, Psal. 35. 2.

159 הוֹשִׁיעֵנִי Ho-shi-yé-ni] *Salvum fac me*, Targ. פְּרוֹק יָתִי *redime me*. A יָשַׁע quod in Hiph. mutato (י) in ו R. 57. facit הוֹשִׁיעַ *salvavit*, *servavit*, à præsentissimo periculo *eripuit*, *auxiliatus fuit*. Imper. Hiph. quod in Psalm. in secunda pers. flectitur sic, הוֹשִׁיעַ & contractè הוֹשַׁע *salva*, Psal. 86. 2. Cum ה parag. הוֹשִׁיעָה *salutem affer*, Psal. 12. 2. וְהוֹשִׁיעָה & *salutem fer*, Psal. 86. 16. Cum Affixis, הוֹשִׁיעֵנִי *salva me*, וְהוֹשִׁיעֵנִי *et salva me*. הוֹשִׁיעֵנוּ *salva nos*.

160 הִכִּיתָ Hic-kí-tha] *percussisti*. A נָכָה quod in Hiph. absorpto נ per dagesh, R. 69. facit הִכָּה *percussit*, *feriit*, *cecidit*. Præt. Hiph. quod in Psalm. flectitur sic: הִכָּה *percussit*, Psal. 78. 20. Cum Præfixo, שֶׁהִכָּה *qui percussit*, Psalm. 135. 8. (ubi שֶׁ ex אֲשֶׁר R. 75.) הִכִּיתָ *percussisti*, Psal. 69. 27.) ubi tertia radical. ה mutatur in (י) quiescens. R. 66.

161 אֹיְבַי O-jebháj] *inimicos meos*, Targ. כָּל־בַּעֲלֵי דְבָבִי *omnes auctores inimicitiæ meæ*. Ab אָיַב *inimicatus est*, *odit*. Nomen participiale Kal, אוֹיֵב (et absque ו, אֹיֵב) *inimicus*, q. inimicans, *osor*. Cum præfixo, הָאוֹיֵב *ô inimice*, Psal. 9. 7. (ubi ה est nota Vocativi, R. 33.) Cum Affixis, & in plur. num. mutato (··) in (:) R. 117. facit אֹיְבִי *inimicus meus*, מֵאֹיְבִי *ab inimico meo*. In plur. אֹיְבִים *inimici*, בְּאוֹיְבִים *in inimicos*. מֵאֹיְבִים *ab inimicis*. In Regim. אֹיְבֵי *inimici regis*, Ps. 45. 6. וְאֹיְבֵי *et inimici*. Cum Affixis, אֹיְבַי *et* אוֹיְבַי & אֹיְבַי *inimici mei*, מֵאֹיְבַי *ab inimicis meis*. וְאֹיְבַי & *inimici mei*, Psal. 18. 41. i. e. quod inimicos meos attinet. R. 130. not. וּבְאֹיְבַי & *in inimicos meos*. אֹיְבֶיךָ & אוֹיְבֶיךָ *inimici tui*. וְאֹיְבָיו & אוֹיְבָיו & אֹיְבָיו *inimici ejus*. וְאֹיְבֵינוּ & *inimici nostri*. אֹיְבֵיהֶם *inimicos eorum*.

162 לֶחִי Lé-hhi.] *maxillâ* in ignominiam. *Percutere maxillâ*, fuit signum ignominiæ, ut videre est in Historia Samsonis. Aut *in maxillam*, quasi בַּלֶּחִי Ab inusitato לָחָה fit לְחִי *maxilla*, *mandibula*, *gena*. Legitur in Psalmis hoc loco tantùm, לֶחִי in pausa cum (ֶ) loco (:) R. 132. Targ. לְסַתְהוֹן *genas ipsorum*. LXX. *Percussisti adversantes mihi* ματαίως *sine causa*, fortè per Apocopen legerunt

לְחִנָּם *gratis*, *sine causa* : sicq; hæc verba *sine causa*, non sunt jungenda cum *percussisti*, sed cum *adversantes mihi*. Potest etiam legi, μάθνας, h. e. *maxillas*.

163 שִׁנֵּי Shin-né] *dentes*. A שָׁנַן *acuit*, fit nom. commun. gen. שֵׁן *dens*, quòd dens sit acutus. Habet formam dualem, ob duplicem seriem dentium: facítq; שִׁנַּיִם *dentes*, mutato (..) in (·) & impresso dagesh. R. 125. In Regimine, converso יִם - in י·· R. 34. שִׁנֵּי *dentes*. Cum Affix. שִׁנָּיו *dentibus suis*, שִׁנֵּיהֶם & שִׁנֵּימוֹ *dentibus eorum*. לְשִׁנֵּיהֶם *dentium eorum*, Ps. 124. 6.

164 שִׁבַּרְתָּ Shib-bár-ta] *penitus effregisti*. A שָׁבַר *fregit*, *rupit*. Præt. Pihel שִׁבֵּר *confregit*, auget sensum à Kal, ob dagesh: flectitúrq; in Psalm. h.m. שִׁבֵּר *fregit*, Ps. 76. 4. cum (-) loco (..) R. 108. שִׁבַּרְתָּ *confregisti*, Ps. 74. 13.

Vers. 9.

165 לַיהוָה JEHOVÆ scil. est, vel *Ad Jehovam* scil. pertinet, vel *A Jehova est*, nam articulus ל, hæc omnia importat. Ab Hebræis vulgò legitur לַאדֹנָי *Ladonai*, quoniam eandem punctionem sortiuntur. Targ. *A facie Domini redemptio*. De voce יְהוָה dictum est suprà Num. 16. hîc perpendenda est cum Præfixis, מֵיְהוָה *à Jehova*, Ps. 33. 8. ad formam מֵאֲדֹנָי R. 74. שֶׁיְהוָה *cujus Jehova*, Psal. 144. 15. omisso dagesh in (י) ad formam שֶׁאֲדֹנָי Et sic consequenter cum literis וכלב imitatur punctationem Nominis אֲדֹנָי R. 82. וַיהוָה *et Jehova*, Ps. 9. 8. כַּיהוָה *sicut Jehova*, Psal. 113. 5. לַיהוָה *Jehovæ*. בַּיהוָה *in Jehova*, Ps. 34. 3. וּבַיהוָה *& in Jehova*. Ps. 26.1. Semel legitur וְלַיהוִה *& Jehovæ*, Ps. 68. 21. ad
16 formam לֵאלֹהִים R. 82.

הַיְשׁוּעָה Ha-jeshu-ұá] *ipsa salus*. יְשׁוּעָה *salus*, Vide suprà Num. 135. Cum ה Emphat. esset הַיְשׁוּעָה R. 76. at dagesh ex (י) shevato tollitur, R. 20. sicque (:) sub litera suâ naturâ dageshanda legitur. R. 5. Cum Præfixis ו & ל, (:) sub (י) excluditur, quoniam istæ literæ gestant (·) profectum ex (:) R. 8. facitque וִישׁוּעָה *& salutis*, Ps. 118. 15. לִישׁוּעָה *in salutem*, Ps. 118. 14. In Regimine facit יְשׁוּעַת *salutem* Israeli, Ps. 14. 7. et cum (:) loco ֻ, R. 107. יְשֻׁעַת *salutem*, Psal. 53. 8. Cum Affixo, לִישׁוּעָתְךָ *ad salutem tuam*, Ps. 119. 166. et in pausa, לִישׁוּעָתֶךָ Psal. 119. 123.

167 עַמֶּךָ ұam-mechá] *populum tuum*. A עָמַם *texit*, *operuit*. Nom. masc. עַם *populus*, multitudo hominum terram tegens & operiens. עַם *populus Dei Abraham*, Psal. 47. 10. LXX. *cum Deo Abraham* legerunt עִם *cum*. Cum Accentibus Regiis facit עָם Psal. 3. 7. Cum Præfixis, מֵעָם *è populo*, Ps. 89. 20. לְעָם *populo*, בְּעָם *in populo*, וְעָם *& populus*, הָעָם *populus ille*, Psal. 33. 12. Et excluso ה Emphat. לָעָם *huic populo*, Ps. 68. 36. בָּעָם *in hoc populo*, Psal. 54. 8. Cum Affixis & plurali numero assumit dagesh, ad compensandum defectum literæ absentis, R. 125. facítq; עַמִּי *populus meus*, עַמְּךָ *populus tuus*, וְעַמְּךָ *& populus tuus*. *Oblivíscere* עַמֵּךְ *populi tui*. fœm. Psal. 45. 11 עַמּוֹ *populus ejus*, לְעַמּוֹ *populo suo*, בְּעַמּוֹ *in populum suum*. In plur. עַמִּים *populi*, וְעַמִּים *& populi*, הָעַמִּים *isti populi*. Et excluso ה Emphat. בָּעַמִּים *inter istospopulos*, Ps. 9. 12

168 בִּרְכָתֶךָ Bir-ca-thé-cha] *benedictio tua.* A בָּרַךְ *benedixit*, quod cum Deo tribuitur, significat *benefacere, bona conferre.* Nom.fœm. בְּרָכָה *benedictio*, copia & abundantia omnis boni. Cum Præfix. אֶת־הַבְּרָכָה *ipsam benedictionem*, Ps.133.3. לִבְרָכָה *in benedictionem*, Ps.37.26. בִּבְרָכָה *in benedictione*, Ps.109.17. in quibus ב & ל notantur cum (.) ob sequens (:) R.6. In Regimine, converso ה in ת, & (ׇ) in (:) R.114. ex priori (:) fit (·) R.6. facit בִּרְכַּת *benedictio Jehovæ*, Ps.129.8. Et sic cum Affixo, בִּרְכָתֶךָ *benedictio tua.* In plur. absoluto facit בְּרָכוֹת *benedictiones*, Ps. 21.7. In constructo mutato (ׇ) in (:) ut antè, בִּרְכוֹת *benedictiones boni*, Ps.21.4.

¶ Hic tertiâ vice occurrit סֶלָה, & quoniam claudit Psalmum, inde constat non esse exordium alterius rhythmi aut sententiæ, &c. sed potiùs denotare vocis simul & mentis elevationem in Deum, cum perpensione eorum quæ dicta fuerant. *O exuberantiam bonitatis Dei! &c.* Imò & Aben Esræ sententia hîc locum habere potest, quòd nimirum sit particula confirmans dictorum veritatem, *Verè, profectè, Amen.*

PSALMUS IV. ד

169 לַמְנַצֵּחַ Lá-menats-tséahh] *Archimusico.* A נָצַח *Vicit, Vrsit, Præfuit.* Nomen Participiale Pihel. מְנַצֵּחַ *Vincens, Victor, Præfectus, Præcentor*, cui cura est de re musica, instátque ut ad finem debitum perducatur. לַמְנַצֵּחַ *præfecto* sc: cantorum, ad cujus imperium Psalmi decantabantur. Occurrit in Psalm. 35. vicibus. Estque in forma emphatica לַמְנַצֵּחַ pro לְהַמְנַצֵּחַ sed ל excludit ה Emphat. R.80. & dagesh ex litera schevata tollitur, R.20. cujus vicem Methegh supplere solet. R.133. ideóque sæpius scribitur לַֽמְנַצֵּחַ cum Methegh: Ps.5. & 6. &c. atque sic hoc (:) est mobile. R.5. LXX. εἰς τὸ τέλος, *in finem*, scil: Præfecto illi, qui alios ad opera provocat, & urget ut finem faciant.

170 בִּנְגִינוֹת Bin-ghi-noth] *in instrumentis pulsatilibus.* LXX. ἐν ὕμνοις *in carminibus.* A נָגַן manu *pulsavit* aliquod instrumentum musicum, Nom. fœm. נְגִינָה *pulsatio fidium, musica modulatio, symphonia.* Et alia forma עַל־נְגִינַת *super pulsatione fidium*, Ps. 61.1. Cum Affixo, *Recordabor* נְגִינָתִי *pulsationis meæ*, Ps.77.7. i. e. musicæ meæ. In plur. נְגִינוֹת, Cum Præfix. וּנְגִינוֹת *& cantica*, vel carmina musica loquentur, *bibentis siceram*, Ps.69.13. בִּנְגִינוֹת *in pulsationibus fidium.* Psal. 6. 1.

---

*Vers.*2.

171 בְּקָרְאִי Bekor-í] *In clamando me* i. e. dum clamo. Targ. *In tempore, orationis meæ.* A קָרָא suprà Num. 145. Infinit. Kal, qui regulariter esset קְרֹא At cum Affixis, prima radical. suscipit (ׇ) & secunda (:) R.98. facítque קָרְאֵנוּ *clamare nos*, i.e. dum clamamus, Ps.20.10. Et cum Præfixo, בְּקָרְאִי *in invocando me*, i e. dum invoco. Ps.4.4. ubi ב efficit Gerundium in Do. R.41.

172 עֲנֵנִי yané-ni] *exaudi me.* Targ. *Recipe me Deus justitiæ meæ.* LXX. *Cum invocarem* εἰσήκουσέ μου *exaudivit me.* Legerunt in Præterito עָנָנִי *exaudivit me.* A עָנָה suprà N.146. Imperat. Kal, עֲנֵה *exaudi*, ubi ה quiescit in (‥) R.65. & gutturalis assumit (ֲ) R.13. Cum Affix. ה.. radicale tollitur,

 R.103.

R.103. facítque עֲנֵנִי *responde mihi*, וַעֲנֵנִי *& exaudi me*. Pſ.27.8. Et cum ו loco (ו) וַעֲנֵנוּ Pſ.60.7.

173 צִדְקִי Tſidh-kí] (Deus) *juſtitia mea*, i. e largitor meæ juſtitiæ & ſanctitatis. A צָדַק *juſtificavit*. Nom. maſc. צֶדֶק *juſtitia*, de ſermone, *firmitas*, *veritas*, *fidelitas*. *Feci judicium* וָצֶדֶק *& juſtitiam*. Pſ.119. 121. (ubi ו ante Athnach geſtat (ָ) R.78.) בְּצֶדֶק *in juſtitia*. Cum Affix. mutat utrumque (ֶ) in (:) R.122. & prius (:) in (.) R.6. facítque צִדְקִי *juſtitia mea*. כְּצִדְקִי *ſecundùm juſtitiam meam*. צִדְקְךָ *juſtitia tua*, כְּצִדְקְךָ *ſecundùm juſtitiam tuam*. צִדְקוֹ *juſtitia ejus*, כְּצִדְקוֹ *ſecundùm juſtitiam ejus*.

174 הִרְחַבְתָּ לִּי Hir-hháb-tal-li] *dilatari feciſti me*, i.e. ex anguſtia liberaſti & exhilaraſti me. A רָחַב *dilatatus*, *ampliatus fuit*, de corde, *exhilaratus fuit*, nam in triſtitia cor contrahitur, in lætitia dilatatur. Præt. Hiphil, quod in Pſalmis flectitur ſic: הִרְחַבְתָּ *dilataſti*, הִרְחִיבוּ *dilatatæ ſunt*, Pſ.25.17. ſcil: anguſtiæ, ob multitudinem.

175 לִי *Mihi*] Pronom. Dativi caſus, R. 36. ubi ל habet dageſh dictum *Athemerahhik*, de quo vide ſuprà Num. 136. וְלִי *& mihi*, vel *meus eſt Menaſhe*. Pſ.60.9.

176 חָנֵּנִי Hhon-né-ni] *gratioſus eſto mihi*. A חָנַן *miſertus eſt*, *gratiam fecit*, *pepercit*, *condonavit*. Imper. Kal. Eſſétque regulariter חֲנוֹן, at ſyncopata mediâ radicali R.71. fit חון Ob Affixa autem ſuſcipit dageſh, & mutat ו in (ָ) R 125. facítque חָנֵּנִי *miſerere mei*, vel *gratioſe largire mihi*, Pſ.119. 29. וְחָנֵּנִי *& miſerere mei*, חָנֵּנוּ *miſerere noſtri*. Pſ.123.3.

177 וּשְׁמַע U-ſhemá] *& exaudi*. A שָׁמַע *audivit*, *exaudivit*, *auſcultavit*, Imper. Kal, ac in Pſalm. flectitur ſic: שְׁמַע *exaudi*, וּשְׁמַע *& audi*, (ubi ו geſtat ו ante literam ſhevatam, R.78.) שִׁמְעָה *audi*, Pſ.17.1. (ubi ob ה paragog. R.102. (-) tranſit in (:) R.121. & prius (:) in (.) R.6.) In fœmin. שִׁמְעִי *audi filia*, Pſal.45.11. In plur. שִׁמְעוּ *audite*. Pſ.34.12.

178 תְּפִלָּתִי Tephil-la-thí] *ſupplicationem meam*. A פָּלַל de cauſa & lite *judicavit*, It. *ad judicem ſupplicavit*. Nom. fœmin. Heemanthic. תְּפִלָּה *oratio*, *precatio*, propriè, per mediatorem ad judicem ſupplicatio. Pſ.109.4. *Et ego* תְּפִלָּה *oratio*, i.e. orationi deditus, Targ. אֲצַלִּי *orabo*. In Regim. תְּפִלַּת *orationem nudatiſſimi*, Pſ.102.18. בִּתְפִלַּת *in orationem populi tui*, Pſ.80.5. Cum Affix. mutato ה in ת, facit תְּפִלָּתִי *ſupplicatio mea*, וּתְפִלָּתִי *& ſupplicatio mea*. תְּפִלָּתָם *ſupplicatio eorum*. In plur. תְּפִלּוֹת *ſupplicationes*, *preces*. Pſ. 72.20.

Verſ.3.

179 בְּנֵי־אִישׁ Bene-íſh] *Filii viri*. LXX Υἱοὶ ἀνθρώπων, *filii hominum*. Eſt Apoſtrophe ad aulicos Saulis: nam בְּנֵי אִישׁ vocantur filii *nati viro præſtanti*, אִישׁ enim notat hominem potentem, principem illuſtrem. At בְּנֵי אָדָם ſunt *nati plebeio homine*. Nomen enim אָדָם vel אֱנוֹשׁ uſurpari ſolet, cum de miſeris & abjectis hominibus agitur. Diſcrimen hoc percipitur ex Pſ. 49. 3. גַּם־בְּנֵי אָדָם גַּם־בְּנֵי־אִישׁ *Etiam filii hominis*, *etiam filii viri*, h.e. tàm nobiles & potentes, quàm pauperes & ignobiles. Et Pſ.62.10. *Verùm tamen vanitas* בְּנֵי אָדָם *filii hominis*, *mendacium* בְּנֵי אִישׁ *filii viri*. Tale diſcrimen etiam eſt apud Latinos inter *Virum* & *Hominem*. Vir enim à virtute, qui eâ præ-

præstat, Hominis nomine quicunque vulgaris nuncupari consuevit. Unde verè Herodotus in Polyhymnia dixit: *Multos esse homines, paucos viros.* De formatione vocis בְּנֵי vide infrà Num. 569.

180 עַד־מֶה עַד־מֶה Ųad-mé] *Usque quo.* עַד est particula interrogativa temporis, Vide suprà Num. 140. מֶה Pronomen Interrogativ. Suprà Num 50.

181 לִכְלִמָּה Lich-lím-ma] *in ignominiam* scil: erit. LXX πότε βαρυκάρδιοι; ἱνατί. *Usquequo gravi corde! quare.* Pro כְּבוֹדִי *gloria mea*, legerunt כִּבְדֵי *graves*, & לִכְלִמָּה acceperunt pro duabus dictionibus, commutato כ in ב, לֵב לָמָּה *corde, ut quid.* A כָּלַם in Niph. נִכְלַם *pudefactus, confusus fuit, puduit, erubuit.* Nom. fœm. כְּלִמָּה *ignominia, pudor, vituperium, dedecus.* (unde forsitan Latinum *Calumnia.*) Cum Præfix. וּכְלִמָּה *& ignominia,* לִכְלִמָּה *in vituperium,* (ubi ל cum (.) ob sequens (:) R. 6. Cum Affix. mutato ה in ת, R. 104. כְּלִמָּתִי *ignominia mea,* וּכְלִמָּתִי *& ignominia mea.* Semper autem nomen hoc, gestat dagesh euphonicum in tertia radicali.

685 פָּקַדְתָּ Pa-kádh-ta] *visitasti*. פָּקַד verbum notum, sed latæ significationis, *Visitavit*, quod superioris est, inde Invisit, Recordatus est tam in bonum quàm in malum, Inspexit, Curavit. It. *Visitando aliquid requisivit*, inde Disposuit, Jussit, Mandavit, Numeravit, Recensuit, Reposuit, Deposuit, Præposuit. In Psalm. flectitur sic : פָּקַדְתָּ *visitasti*, וּפָקַדְתִּי *& visitabo*, Psal.89.33. ubi ו Conversiv. Præteriti, trajicit accentum ad últimam, R. 79. ex פָּקַדְתִּי

686 צְרַפְתָּנִי Tseraph-tá-ni] *examinasti me* sicut fabri aurum igne explorant. A צָרַף *liquefecit, conflavit, igne purgavit, examinavit :* propriè de metallis dicitur, eleganter ad tribulationes transfertur. Præt. Kal, quod in Psalm. flectitur sic : צָרְפָה Cum Affix. mutato ה in ת- R. 97. & transpositis punctis, R.98. צְרָפַתְהוּ unde in pausa cum (ָ) אִמְרַת יְהוָה צְרָפָתְהוּ *Verbum Domini exploratum illud est*. Ps.105.19. צָרַפְתָּ Cum Affix. mutato (ָ) primæ syllabæ in (:) & sublato (ָ) ultimo sub ת, R.97. צְרַפְתָּנִי *explorasti me*,

me, צְרַפְתָּנוּ כִּצְרָף־כָּסֶף *examinasti nos secundùm defæcationem argenti*, Ps.66.10. Targ. אִתְכַּתְּנָא הֵיךְ קְנָאָה דְּמַתִּיךְ סִימָא *liquefecisti nos, sicut aurifaber liquefacit argentum*.

¶ בַּל־תִּמְצָא *nequaquam invenies*, suprà Num.537. Targ. וְלָא אַשְׁכַּחְתְּ שְׁחִיתָא *et non invenisti corruptionem*.

687 זַמֹּתִי Zam-mó-thi] (id quod) *cogitavi*, Targ. supplet בִּישְׁתָּא *malum*. A זָמַם *cogitavit*, indifferens est ad bonum & malum, sed ad malum potiùs. Præt.Kal, quod semel flectitur in Psalmis integrè; *Tollere animam meam* זָמָמוּ *cogitarunt*, Psal.31.14. cum (ָ) ob paulam R.132. LXX. ἐβουλεύσαντο *consultârunt*. Et semel contractè h.l. זַמֹּתִי *cogitavi*, inserto ֹ ante syllabam תִי R.71.

688 בַּל־יַעֲבָר־ Bal-ja-ựabhor] *nequaquam transgredietur* os meum. i.e. non aliter cogitavi, quàm locutus sum. A עָבַר *transiit*, *præteriit*, de quacunque re dicitur. Fut. Kal, quod in Psal. flectitur in tertia pers. tantùm, יַעֲבוֹר *transibit*, cum (ֲ) quod punctuat præcedentem cum (-) R.13. & ob Maccaph mutato ו in (ָ) יַעֲבָר־ R. 134. יַעַבְרוּ *transibunt*, Psal.66.6. pro יַעֲבְרוּ ob sequens (:) R.15. Cum ן paragog. בַּל־יַעֲבֹרוּן *nequaquam transibunt*, Ps.104.9. reducto (:) in ו ob accentum Athnach. R.132.

Vers. 4.

689 לִפְעֻלּוֹת Liph-ựül-lóth] *Ad opera hominum* sc: quod attinet. A פָּעַל *operatus est*, Nom.fœm. פְּעֻלָּה *opus*, per metonymiam *merces operis*. In Regim. פְּעֻלַּת שֹׂטְנַי *opus adversariorum meorum*, Ps.109.20. i.e. merces. In plur. פְּעֻלּוֹת *opera*, לִפְעֻלּוֹת *ad opera*, ubi ל cum (.) ob sequens (:)

690 שָׁמַרְתִּי Sha-már-ti] *ego observavi*. A שָׁמַר suprà Num.594. Præt. Kal, quod in Psalm. flectitur sic: שָׁמַר *custodivit*, *observavit*, שָׁמְרָה *observavit* anima mea, Ps.119.167. שָׁמַרְתִּי *custodivi*, שָׁמְרוּ *custodiverunt*, וְשָׁמָרוּ & *custodiverunt*. In pausa שָׁמָרוּ Ps.78.56. cum (ָ) R.132.

691 פָּרִיץ Pa-ríts] (semitas) *latronis*, Targ. חֲצִיפָא *robusti*. i.e. attendi technas quibus conatur me hostis, ut latro, obruere. Vel, Diligenter cavi ne ingrederer per vias ejus, qui leges tuas, ut latro, violat. LXX. ἐφύλαξα ὁδοὺς σκληρὰς *custodivi vias asperas*, q.esset querela, *Propter opera hominum* &c. i.e. propter insidias quas struunt mihi hostes, ego latebras, speluncas, nemosa, ubi viæ sunt asperæ, & non tritæ, custodivi, i.e. instar latronis in locis abstrusis me abdidi. A פָּרַץ *rupit*, *perrupit*, Nom.masc. פָּרִיץ *ruptor*, *irruptor*, latro, qui omnia jura & leges infringit, q.*exlex*. Sexies legitur in SS.

Vers. 5.

692 תָּמֹךְ Ta-móch] *Sustenta*, LXX. κατάρτισαι *perfice*. A תָּמַךְ suprà num. 666. Imper.Kal ad formam Infinitivi פְּקוֹד Targ. סְעוֹד *sustenta*.

693 אֲשֻׁרַי Ashü-ráj] *gressus meos*. Ab אָשַׁר *beatè incessit*, fit אָשׁוּר *itio ipsa*, *ambulatio*, *gressus*, *incessus*, quòd *aptare gressus suos* in via bona felix sit. Psal.40.3. In forma dageschata אַשּׁוּר *pedem* significat. Cum Affix. & plur. num. scribitur cum (ְ) אֲשֻׁרֵנוּ *gressum nostrum*, Psal.44.19. Plur. אֲשֻׁרִים Cum Affix. אֲשֻׁרָי *gressus meos*, Psal.40.3, *Non vacillabit* אֲשֻׁרָיו *gressus* (plur.) *ejus*. Ps.37.31. distributivè, i.e. unus gressuum ejus.

694 בְּמַעְגְּלוֹתֶיךָ Bhemaự-gelo-thé-cha]

in orbitis tuis. A Syriaco ܥܓܠ עֲגַל *in orbem volvit, circulavit*, fit Hebr. Nom. Heemanth. מַעְגָּל *gyrus castrorum, castra*, quòd in rotunditatem plaustris cingerentur, *vallum*. Hinc in lingua Punica *Magal*, quod villam aut certè castra significat, quo vocabulo usus est Virgil. Æneid. 1. *Miratur molem Æneas*, (i.e. arces) *magalia quondam*: (ubi quondam villæ fuêre.) Deinde, מַעְגָּל *Via*, s. *semita plaustro trita*, *orbitas habens*, & per synecdochen *orbita*, vestigium decurrentis rotæ. *Expanderunt rete* לְיַד מַעְגָּל *ad manum orbitæ*, Psal. 140. 6. Targ. לִסְטַר אָרְחָא *ad latus viæ*, i.e. ad locum ubi fuit gressus meus. Est cum duplici plurali, מַעְגָּלִים In Regim. correpto (ָ) in (:) בְּמַעְגְּלֵי *in orbitis justitiæ*, Ps. 23.3. Cum Affix. וּמַעְגָּלֶיךָ *& semitæ tuæ* (vel castra tua) *stillabunt pinguedinem*. Ps. 65.12. i.e. nubes super quas Deus ambulare dicitur, stillabunt pluviam, quæ terram fœcundat. LXX. καὶ τὰ πεδία σου *& campi tui implebuntur ubertate*. Et in forma fœmin. בְּמַעְגְּלוֹתֶיךָ *in orbitis tuis.*

695 בַּל־נָמֹטּוּ Bal-na-mó-tu] *ne dimoveantur*. A מוּט suprà Num. 505. Præt. Niph. נָמוֹט *dimotus fuit*, exit in ו R. 61. in plur. נָמֹטוּ quod quidam Codices legunt cum dagesh, נָמֹטּוּ q. à מָטַט

696 פְּעָמַי Pheya-máj] *pedes mei*. A פָּעַם *impulit, percussit, pulsavit*, fit פַּעַם *Vice*, q. manuum percussionem per intervalla diceres, & adverbialiter, *Nunc*, q. hac vice. It. *malleus, uncus*, à percussione activa vel passiva. It. in plur. פְּעָמִים *pedes*, quibus terra quatitur. (mutato priori (-) in (:) R. 120. & posteriori in (ָ) R. 121.) Cum Affix פְּעָמַי *pedes mei*, לִפְעָמַי *pedibus meis*, פְּעָמֶיךָ *pedes tuos*, פְּעָמָיו *pedes ejus*.

Vers. 6.

697 הַט Hat] *inclina*. A נָטָה *inclinavit*. In Hiph. mutato נ in dagesh, R. 69. הִטָּה *extendit, inclinavit, inclinare fecit, declinavit*, dicitur de animo, corpore & motu quolibet. Imper. Hiph. הַטֵּה *inclina*, Ps. 31.3. & per apocopen, R. 67. הַט *inclina*, Ps. 119.36. In fœm. וְהַטִּי *& inclina*, Ps. 45.11. pro הַטִּיִי abjecto ה, R. 66. & sic in plur. הַטּוּ *inclinate*, Psal. 78. 1.

Vers. 7.

698 הַפְלֵה Haph-lé] *Separa*, benignitates tuas. Targ. פָּרֵישׁ זַכְוָתָךְ *Mirandam exhibe puritatem tuam*. LXX. θαυμάστωσον *Mirifica*. A פָּלָה suprà Num. 186. Imper. Hiph. h. l. tantùm.

699 מִמִּתְקוֹמְמִים Mim-mith-ko-memím] *ab insurgentibus*. Targ. פְּרַע לְהוֹן מִן דְּקָיְמִין עֲלֵיהוֹן *ulciscere illos ab illis, qui insurgunt in ipsos*. קוּם suprà Num. 42. in Hithpah. format solummodò Particip. Unde quiescente ו in וֹ, & geminatâ tertiâ, R. 63. fit מִתְקוֹמֵם *insurgens*, supplet vicem nominis ac semper sumitur in malum pro *hoste*. plur. מִתְקוֹמְמִים Cum Affixo, מִמִּתְקוֹמְמַי Targ. מִן קָיְמִין עֲלַי *à surgentibus contra me*, Psal. 59.2. וּבִתְקוֹמְמֶיךָ *& in insurgentes contra te*, Psal. 139.21. cum defectu מ, fortè ad evitandum concursum quatuor literarum servilium ab initio, pro וּבְמִתְקוֹמְמֶיךָ

Vers.

Vers. 8.

כְּאִישׁוֹן Kei-shón] (custodi me) *si-*
700 *cut pupillam filiam oculi*, quòd sit in
oculo, vel intra oculum, vel quòd te-
nera ut filia, i. e. puella, (qua ratione
etiam Latini *pupillam* dixêre.) Vel
ut nigrum pupillæ oculi. Targ. הֵיךְ
כְּבַת גַּלְגַּל דִּמְצִיעוּת עֵינָא *sicut pupil-
lam orbicularem quæ est in medio ocu-
li*. Ab אִישׁ *vir*, Nom. masc. absque
plur. אִישׁוֹן *pupilla oculi*, sive *nigredo
illa oculi*, in qua tota videndi facultas,
quod opus Dei admirandum (in tene-
bris lux) consistit: ubi וֹן diminutio-
nem notat, R. 23. q. d. *Virunculus*,
quoniam in ea imago אִישׁ *viri* con-
spicitur, *Plin. l. 28. c. 6. Augurium
ex homine ipso est, non timendi mortem
in ægritudine, quamdiu oculorum pu-
pillæ imaginem reddunt*. Legitur 4. in
SS. & bis Prov. 7. & 20. sumitur pro
ipsa *nigredine noctis*, sive tenebrarum:
quoniam tenebræ nigrore pupillam o-
culi referunt.

701 בַּת עַיִן Bath-ʿá-jin] *filiam oculi*,
(suprà Num. 461.) Vel *pupillæ oculi*,
ita ut sit in Regim. pro בָּבַת quod ex-
tat Zach. 2. 8. contracte בַּת ab abso-
luto בָּבָה *pupilla*, sive circulus oculi in
medio uveæ tunicæ, idem quod אִישׁוֹן
nisi quod hoc dicitur à colore, illud à
figura.

702 בְּצֵל Betsél] *in umbra*. LXX. ἐν σκέ-
πῃ in protectione. A צָלַל *texit, obum-
bravit*. Nom. masc. absque plur. צֵל
umbra, Cum Præfix. בְּצֵל *in umbra*,
כְּצֵל *sicut umbra*, וּבְצֵל *& in umbra*.
Cum Affix assumit dagesh, & mutat
(..) in (·) suprà Num. 30. צִלְּךָ
umbra tua, Psalm. 121. 5. צִלָּהּ *e-
jus*, Psal. 80. 11.

703 כְּנָפֶיךָ Ke-na-phé-cha] *alarum tua-
rum*. Targ. בִּטְלַל שְׁכִינְתָךְ *in umbra*
majestatis tuæ. A כָּנַף *congregavit*,
Nom. fœm. כָּנָף *ala avis*, cujus ety-
mon patet ex Matth. 23. *sicut gallina
congregat pullos suos sub alas*. In Du-
ali facit כְּנָפַיִם Cum Affix. excluso ם-
R. 105. כְּנָפֶיךָ *alæ tuæ*, כְּנָפָיו *ejus*. In
Regim. converso (ִ) in (:) ex priori
(:) fit (-) כַּנְפֵי שָׁחַר *alas auroræ*, Psal.
139. 9. i. e. lucem auroræ, quæ sub
ortum tanquam ala se latè diffundit,
& expanditur super montibus, Ioel 2.

Vers. 9.

704 שַׁדּוּנִי Shad-dú-ni] (qui) *vastârunt
me*. LXX. τῶν ταλαιπωρησάντων με,
qui afflixerunt me. A שָׁדַד *vastavit,
spoliatus est*. Præt. Kal, per Syncopen
שַׁד R. 70. Legitur h. l. tantùm in plur.
Cum Affixo, שַׁדּוּנִי

705 יַקִּיפוּ Jak-kí-phu] (inimici mei in
anima, i. e. capitales) *circuibunt* contra
me. LXX. οἱ ἐχθροί μου τὴν ψυχήν μου περιέ-
σχον, *inimici mei animam meam circum-
dederunt*. A נָקַף, in Hiph. mutato (נ)
in dagesh. R. 69. n. 1. הִקִּיף *circumi-
vit, circumdedit, cinxit*, Fut. Hiph. pro
יַנְקִיפוּ. Legitur h. l. tantùm in Psalm.

Vers. 10.

706 חֶלְבָּמוֹ Hhel-ba-mó] *Adipem suum*.
חֵלֶב cum quinque punctis, *adeps, pin-
guedo animalis*, per translationem *ele-
ctum & optimum cujusque rei*, sicut
pinguedo & aruina est optima & le-
ctissima pars carnis. Convenit cum חָלָב
lac, est enim q. *lac* coagulatum. Cum
Præfix. *Egressus est* מֵחֵלֶב *præ pingue-
dine oculus ejus*, Ps. 73. 7. obesorum
oculi eminent, macilentorum depri-
muntur. מֵחֵלֶב *de adipe frumenti*, Ps.
81. 17. Targ. מִטּוּב *de bonitate*, i. e.
præstantissimo in tritico. *Impingua-
tum est* כַּחֵלֶב *sicut adeps cor eorum*,

Pſ. 119. 70. LXX. ἐτυρώθη ὡς γάλα *coagulatum eſt ſicut lac* (Legerunt cum aliis punctis, כְּחָלָב) Cum Affixo, חֶלְבָּמוֹ *adeps eorum*, ut Num. 17.

707 סָגְרוּ Sa-gherú] *occluſerunt*. A סָגַר *clauſit, occluſit, concluſit*. Præt. plur. Kal, Legitur h. l. tantùm in Pſalm.

708 דִּבְּרוּ Dib-berú] *locuti ſunt*. A דָּבַר ſuprà Num. 76. Præt. Pih. quod in Pſalm. flectitur ſic: דִּבֶּר *locutus eſt*, Pſal. 18. 1. (cum (..) R. 45.) וְדִבֶּר *& locutum eſt* os meum, Pſal. 66. 14. דִּבַּרְתָּ *locutus es*, דִּבַּרְתִּי *locutus fui*, דִּבְּרוּ *locuti ſunt*.

709 בְּגֵאוּת Beghe-úth] *in elatione*. LXX. *os eorũ locutum eſt* ὑπερηφανίαν *ſuperbiam*. A גָּאָה ſuprà Num. 489. Nom. fœmin. ſine plur. גֵּאוּת *elatio*, in bonum, *excellentia*, in malum, *faſtus*. גֵּאוּת *celſitudine indutus*, Pſ. 93. 1. *Tu dominaris* בְּגֵאוּת *in faſtum maris*, Pſal. 89. 10. LXX. τοῦ κράτους τῆς θαλάσσης *poteſtati maris*.

Verſ. 11.

710 אַשֻּׁרֵנוּ Aſh-ſhú-ré-nu] *Quod ad greſſum noſtrum* ſcil: attinet, אַשּׁוּר eſt ex forma dageſhata, ſuprà Num. 693. LXX. ἐκβαλόντες με *projicientes me*, legerunt verbaliter.

711 סְבָבוּנוּ Sebha-bhú-nu] Secundùm literas eſt סְבָבוּנִי *circumdederunt me*, ut LXX. legerunt, περιεκύκλωσάν με, Secundùm puncta eſt סְבָבוּנוּ *circumdederunt nos*, ut eſt in margine. A סָבַב *circumdedit, ambivit, gyravit*. Præt. Kal, quod in Pſalm. legitur in tertia plur. tantùm. סְבָבוּ & cum Affix. tranſpoſitis punctis, R. 98. סַבּוּנִי גַם סְבָבוּנִי *circuiverunt me, etiam circumdederunt me*, Pſ. 118. 11. ubi ſyncopatum סַב eſt neutrum, *circuiit*, integrum verò סָבַב eſt activũ, *circumdedit*. סְבָבוּנִי *circumdederunt nos*, ſcribitur cum *Shurek* in gremio literæ (י)

712 לִנְטוֹת Lin-tóth] *ad inclinandum*. A נָטָה cum Accuſativo tranſitivum, *inclinavit, extendit, diſtendit*, abſque eo abſolutum, *declinavit, extenſus, diſtenſus fuit*. Infinit. Kal, exit in ות לִנְטוֹת R. 65. cum ל nota Gerundii, h. l. tantùm in Pſalm.

Verſ. 12.

713 דִּמְיֹנוֹ Dim-jo-nó] *Similitudo ejus* ut Leo. LXX. ὑπέλαβόν με ὡσεὶ λέων ἕτοιμος εἰς θήραν *ſuſceperunt me quaſi leo paratus ad prædam*, ſenſum, non verba expreſſerunt. A דָּמָה *ſimilis fuit*. Nom. Heemanth. דִּמְיוֹן *ſimilitudo*, Legitur h. l. tantùm in SS.

714 יִכְסוֹף Jich-ſóph] (qui) *expetit*. A כָּסַף *appetiit, concupivit, deſideravit*, verbum fictum à כֶּסֶף *argentum*, quod ad ſe allicit omnium hominum voluntates. In Kal, legitur bis tantùm in tota SS. idque in Futuro, תִּכְסֹף *deſiderabis*, Job 14. 15. יִכְסוֹף *deſiderabit*, h. l.

715 לִטְרֹף Lit-róph] *ad rapiendum*. A טָרַף ſuprà Num. 319. Gerundium Kal, לִטְרוֹף h. l. tantùm in Pſalm.

716 וְכִכְפִיר Vechich-phir] *& ut leunculus*. A כָּפַר *texit*, Nom. maſc. כְּפִיר *leunculus*, nuper גּוּר *catulus*, qui non multùm adhuc è latibulo progreſſus eſt, ſed ibi q. tectus latuit. Cum כ ſimilitud. כִּכְפִיר *ſicut leunculus*. In plur. כְּפִירִים *Leunculi egebunt*, Pſ. 34. 11. Targ. בְּנֵי אַרְיָא *filii leonum*. LXX. πλούσιοι ἐπτώχευσαν *Divites eguerunt*, per Metaphor. Cum Præfix. מִכְּפִירִים *à leunculis*. הַכְּפִירִים *ipſi leunculi*,

Verſ. 13.

717 קַדְּמָה Kad-demá] *anticipa facies ejus*.

ejus. LXX. προφθασον αὐτὺς, praveni eos. A קָדַם pravenit, praivit, anteivit, anticipavit. Imper. Pih. cum ה parag. קַדְּמָה h.l. tantùm in Ps.

718 הַכְרִיעֵהוּ Hach-ri-ye-hu] prosterne eum. LXX. ὑποσκέλισον αὐτὺς subverte eos. A כָּרַע curvavit. In Hiph. הִכְרִיעַ incurvavit, prostravit, depressit, humiliavit, dicitur de animo ob quodvis infortunium depresso. Imper. Hiph. Cum Affix. legitur h. l. tantùm in Psalm.

719 פַּלְּטָה Pal-letá] erue. A פָּלַט liberatus, ereptus fuit, è malo aut periculo, in Pihel est Activum, unde Imper. Pih. cum ה parag. ut suprà Num. 717. Cum Affixo, פַּלְּטֵנִי erue me. In plur. פַּלְּטוּ eruite.

Vers. 14.

720 מִמְתִים Mi-mathím] Ab hominibus (qui sunt) manus tua, scil. libera animam meam. LXX. ἀπὸ ἐχθρῶν τῆς χειρός σου, ab inimicis manus tuæ. Legerunt in Regim. Ab inusitato מְתָה fit plur. absque sing. מְתִים homines, convenit cum מֵתִים (à מוּת) mortui, q. mortales à sua conditione. Cum Præfixo מ scriberetur מִמְּתִים, sed dagesh ex litera shevata excidit, R. 20. cujus absentiam Methegh supplet, R. 133. ideóque ut hoc (:) esset mobile, מ assumit (־ִ) In Regim. מְתֵי מִסְפָּר homines numeri, Psal. 105. 12. i. e. pauci, numerabiles. LXX. ἀριθμῷ βραχεῖς numero breves.

721 מֵחֶלֶד Me-hhé-ledh] de seculo, i. e. ab hominibus temporis. LXX. ἀπὸ ὀλίγων ἀπὸ γῆς à paucis de terra. Nom. masc. sine plur. חֶלֶד seculum, ævum, status hujus seculi citò cessans, per transpositionem literarum à חָדַל cessavit, q. cessatione dicas. In pausa scribitur חָלֶד Ps. 49. 2. habitatores חָלֶד seculi. Targ. אַרְעָא terræ. LXX. qui habitatis τὴν οἰκουμένην orbem, Ps. 89. 48. מֶה חָלֶד quam (sim) seculum, Targ. דִי אֲנָא אִתְבְּרֵיתִי מִן עַפְרָא quòd ego creatus sim ex pulvere. LXX. τίς μου ἡ ὑπόστασις quæ mea substantia. Cum Affix. mutato posteriori (ֶ) in (ְ) fit וְחֶלְדִּי & seculum meum (ætas mea) quasi nihil, Psal. 39. 6. Targ. וְגַשְׁמִי & corpus meum. LXX. καὶ ἡ ὑπόστασίς μου & substantia mea.

¶ חֶלְקָם pars eorum in hâc vitâ. Suprà Num. 664. LXX. διαμέρισον αὐτὺς divide eos in vita eorum. Legerunt verbaliter חַלְּקֵם.

722 וּצְפוּנְךָ U-tsephu-nechá] & recondito tuo sc. thesauro, bonis apud te asservatis. LXX. καὶ τῶν κεκρυμμένων σου, & de absconditis tuis. A צָפַן abscondit, Nom. ex Pahul Kal צָפוּן absconditus, substantivè absconditum, reconditum. Cum Affix. mutato (ָ) in (:) וּצְפִינְךָ ubi (ִ) est contractum ו pro וּצְפוּנְךָ In plur. Consultabunt עַל צְפוּנֶיךָ contra absconditos tuos, Ps. 83. 4. i. e. contra eos quos tu protegis. Ps. LXX. κατὰ τῶν ἁγίων σου contra sanctos tuos.

723 תְּמַלֵּא Temal-lé] implebis. A מָלֵא implevit, complevit, perfecit, præstitit. Fut. Pih. quod in Psalm. flectitur sic: אֲמַלֵּא Cum Affix. וַאֲמַלְאֵהוּ & implebo illud, Psal. 81. 11. תְּמַלֵּא implebis, יְמַלֵּא implebit consilium tuum, Psal. 20. 5. Targ. יְשַׁלֵּם perficiet. In fœm. cum ו Convers. וַתְּמַלֵּא & implevit terram, Ps. 80. 10.

724 בִּטְנָם Bhit-nám] ventrem eorum. Nom. fœm. sine plur. בֶּטֶן uterus, venter, scil. ab ipsa voce Hebræa. In pausa scribitur בָּטֶן Cum Præfix. מִבֶּטֶן ex utero, in pausa, מִבָּטֶן ab utero, Psal. 22. 10. פְּרִי הַבָּטֶן fructus uteri, Psal. 127.

127. 3. בְּבֶטֶן *in utero.* Cum Affix. mutato utroque (··) in (:) & priori (:) in (·) fit וּבִטְנִי *& venter meus*, Psf. 31. 10. i. e. viscera mea, בִּטְנֵנוּ *venter noster*, בִּטְנְךָ *tuus*, בִּטְנָם *eorum.*

725 יִשְׂבְּעוּ Jis-beyú] *saturabuntur.* A שָׂבַע *satiatus, satur fuit.* Fut. Kal, quod in Psalm. flectitur sic: אֶשְׂבַּע & cum ה parag. mutato (-) in (:) אֶשְׂבְּעָה *satiabor*, תִּשְׂבַּע *saturabitur*, sc: anima, Psal. 63. 6. נִשְׂבְּעָה *satiabimur*, יִשְׂבְּעוּ (& in pausa, יִשְׂבָּעוּ & cum ן parag. יִשְׂבְּעוּן) *satiabuntur*, וְיִשְׂבְּעוּ *& saturabuntur.* Cum ו convers. וַיִּשְׂבְּעוּ *& satiati sunt.*

726 וְהִנִּיחוּ Vehin-ní-hhu] *& relinquent.* LXX. καὶ ἀφῆκαν *& dimiserunt.* A יָנַח in Præter. Hiph. absorpto (י) per dagesh, R. 69. n. 1. הִנִּיחַ *reliquit, dimisit, permisit*, in plur. הִנִּיחוּ

727 יִתְרָם Jith-rám] *residuum eorum.* יֶתֶר *residuum, excellentia, dignitas*, Suprà Num. 551. Cum Affix. converso utroque (··) in (:) ex priori (:) fit (·) יִתְרָם.

Vers. 15.

728 בְּהָקִיץ Beha-kíts] *in expergisci*, i. e. dum expergiscetur (amore) imago tua (anima.) Vel satiabor, dum expergefacta fuerit similitudo tua. Vel satiabor, cum expergiscar, similitudine tuâ. Targ. אֶשְׂבַּע בְּעִדָּן דְּאִתְּעַר אִיקַר פַּרְצוּפָךְ *Satiabor in tempore quo evigilaverit gloria vultus tui.* LXX. *Satiabor* ἐν τῷ ὀφθῆναί μοι τὴν δόξαν σου, *cum apparuerit mihi gloria tua.* A קוּץ suprà Num. 151. Infinit. Hiph. abjecto ו R. 58. הָקִיץ. Cum literis *Bachlam*, R. 41. מֵהָקִיץ *ab expergiscendo*, Psal. 73. 20. בְּהָקִיץ

729 תְּמוּנָתֶךָ Temu-na-thécha] *similitudo tua.* Ab inusitato מוּן Nom. fœm. Heemanth. תְּמוּנָה *similitudo, figura, imago.* Cum Affix. mutato ה in ת, תְּמוּנָתֶךָ Legitur in Ps. h. l. tantùm.

PSALMUS XVIII. יח

730 לְעֶבֶד Leyé-bhedh] *servo* Jehovæ. LXX. τῷ παιδὶ κυρίου *puero Domini.* A עָבַד *servivit*; Nom. masc. עֶבֶד *servus, famulus, minister.* Dicitur de servitute tam libera quàm coacta; éstque antitheton ad אָדוֹן *dominus*, & חָפְשִׁי *liber.* Præfix. ל notat vel casum Dativum, לְעֶבֶד *servo*, vel Præposit. *In, pro*, לְעֶבֶד *in servum venditus est*, Psal. 105. 17. vel *pro servo.* Cum Affix. & num. plural. formatur ut מֶלֶךְ suprà Num. 56. עַבְדִּי *servus meus*, עַבְדְּךָ (in pausa, עַבְדֶּךָ) *tuus*, עַבְדּוֹ *suus*. מֵעַבְדֶּךָ *à servo tuo*, וְעַבְדְּךָ *& servus tuus*, לְעַבְדְּךָ (in pausa לְעַבְדֶּךָ) *servo tuo*, בְּעַבְדֶּךָ *in servum tuum.* In plur. עֲבָדִים *servi.* In Regim. עַבְדֵי יְהוָה *servi Jehovæ.* Cum Affix. עֲבָדֶיךָ *servi tui*, עֲבָדָיו *ejus*, בַּעֲבָדָיו *in servis suis.*

731 הַשִּׁירָה Hash-shi-rá] *hujus cantici.* A שׁוּר *canere*, Nom. fœm. שִׁירָה (idem quod שִׁיר, sed rarius) *canticum* cum ה Emphat.

732 הִצִּיל Hits-tsil] (die quâ) *liberavit.* A נָצַל Præt. Hiph. suprà Num. 351. quod in Psalm. flectitur sic: הִצִּיל (pro הִנְצִיל) *eripuit.* Cum Affix. הִצִּילַנִי *eripuit me*, הִצִּילָם *eos*, הִצַּלְתָּ *eripuisti*, וְהִצַּלְתָּ *& eripuisti.*

733 וּמִיַּד שָׁאוּל U-mi-jadh sha-ul] (è vola omnium hostium) *& è manu Saulis.* Hic ו post totum, notat partem nobiliorem, R. 78. not. A שָׁאַל *petiit*, שָׁאוּל Nom. proprium ex Pahul Kal, *Saul*, filius Kish, primus Rex Israelitarum, q. d. *petitus, postulatus*, vel *accom-*

commodatus. Cum Præfix. לְשָׁאוּל *Sauli.*

Verſ. 2.

734 אֶרְחָמְךָ Er-hhom-chá] *Ex viſceribus diligam te.* A רֶחֶם *viſcera, matrix*, formatur verbum רָחַם *vehementer dilexit*, q. *inviſceravit*, intra viſcera concluſit, ut matrix fœtum. Legitur in S. S. ſemel (ídq; h.l. tantùm) in Fut. Kal, אֶרְחוֹם cum Affix. mutato ו in (ׇ) R. 119. fit אֶרְחָמְךָ Vel ſi ad (ׇ) ſit accentus, eſt *A* longum, אֶרְחָמֶךָ ex אֶרְחַם producto (-) in (ׇ) R. 121.

735 חִזְקִי Hhiz-ki] *firmitas mea.* LXX. ἡ ἰσχύς μου *fortitudo mea.* A חָזַק *prævaluit.* Nom. maſc. formæ 5 punctorum, חֵזֶק *firmitas, fortitudo.* In tota SS. legitur h. l. tantùm : & formatur ut חֵפֶץ ſuprà Num. 17. niſi quòd hic prius (:) mutetur in (·)

Verſ. 3.

736 סַלְעִי Sal-ע i] *petra mea.* Targ. תָּקְפִּי *fortitudo mea.* LXX. στερέωμά μου, *firmamentum meum.* Nom. maſc. סֶלַע *petra, rupes montium* propriè, transfertur ad fortitudinem, munitionem & arcem, quòd conſervatur ut plurimùm ſuper petram. In pauſa ſcribitur סָלַע Cum Præfix. מִסֶּלַע *è petra,* הַסֶּלַע *ipſa petra.* Cum Affix. mutato (-) & (ֶ) in (:) R. 121, 122. ex priori (:) fit (-) R. 6. סַלְעִי *petra mea*, Pſal. 42. 10. Targ. רְחִצְנִי *ſpes mea.* In plur. converſo (-) in (ׇ) R. 121. & (ֶ) in (:) R. 122. סְלָעִים *petræ.*

737 וּמְצוּדָתִי U-metſu-dha-thí] *& propugnaculum meum.* LXX. καὶ καταφυγή μου *& refugium meum.* A מְצָד *arx*, Nom. fœm. מְצוּדָה *propagnaculum, aſylum.* Cum Affix. מְצוּדָתִי *aſylum meum.* In plur. *In domum* מְצוּדוֹת *receptuum*, Pſ. 31. 3.

738 וּמְפַלְטִי U-mephal-letí] *& liberator meus.* A פָּלַט *evadere fecit, eripuit.* Suprà Num. 719. Nomen Participiale Pihel, מְפַלֵּט *liberator.* Cum Affix. mutato (..) in (:) מְפַלְטִי *liberator meus.*

739 צוּרִי Tſu-rí] *rupes mea,* LXX. βοηθός μου *adjutor meus.* A צוּר *preſſit, anxit,* Nom. maſc. צוּר *rupes, petra* ſive mons præruptus, propriè dicitur de petris acutiſſimis, quòd moleſtiam afferant. *Avertiſti* צוּר חַרְבּוֹ *petram gladii ejus*, Pſal. 89. 44. i. e. aciem. LXX. τὴν βοήθειαν *adjutorium gladii ejus.* Cum Præfix. הַצּוּר *ipſa petra*, וְצוּר *& petra*, וּמִצּוּר *& è petra*, לְצוּר *in petram*, בְּצוּר *in petra exaltabit me*, Pſal. 27. 5. Targ. בִּכְרַךְ תַּקִּיף *in arce forti.* Cum Affix. צוּרִי *rupes mea*, In plur. צֻרִים *rupes*, Pſal. 78. 15. cum (ֻ) loco ו

740 אֶחֱסֶה־בּוֹ E-hheſeb-bó] *ſperabo in eo.* A חָסָה ſuprà Num. 120. Fut. Kal, prima perſ. ſing. אֶחְסֶה *ſperabo*, Pſal. 57. 2. quieſcente ה in (ֶ) R. 65. Et cum (ֱ) ſub ח, pro (:) אֶחֱסֶה־בּוֹ ubi in ב dageſh dictum *Dahhik*, R. 134. n. 1.

741 וְקֶרֶן Veké-ren] *& cornu.* Nom. commun. gener. קֶרֶן *cornu* animalis, ſic ſcil. dictum ab ipſa Hebræa voce. In pauſa ſcribitur קָרֶן Per Metaphoram ſignificat *robur, potentiam, gloriam, fortitudinem*, quoniam animalium cornutorum robur & gloria conſiſtit in ipſorum cornibus. Formatur ut מֶלֶךְ ſuprà Num. 56. unde cum Affix. *Erexit ut unicornis* קַרְנִי *cornu meum*, Pſal. 92. 11. Targ. תּוּקְפִּי *robur meum.* קַרְנֵנוּ *cornu noſtrum.* *Ne elevetis* קַרְנְכֶם *cornu veſtrum*, Pſal. 75. 5.

Targ. אִיקָרְכוֹן *gloriam vestram.* קַרְנוֹ *cornu ejus exaltabis*, Pf. 112. 9. Targ. תָּקְפֵּהּ *robur ejus*. In Duali, קַרְנַיִם In Regim. קַרְנֵי רְשָׁעִים *cornua impiorum excindam*, Pf. 75. 11. Targ. תְּקוֹף רוּם *robur altitudinis.* וּמִקַּרְנֵי רֵמִים *& à cornibus unicornis*, Pf. 22. 22. i.e. potentiâ hostium. In plur. fœm. קְרָנוֹת In Regim. קַרְנוֹת צַדִּיק *cornua justi*, Pf. 75. 11.

Verf. 4.

מְהֻלָּל Mehúl-lál] *Laudatum.* Ab
742 הִלֵּל fuprà Num. 494. Part. Pyhal, מְהֻלָּל *laudatus*, וּמְהֻלָּל *& laudatus.*
743 אִוָּשֵׁעַ Iv-va-fhéay] *fervabor.* A יָשַׁע in Niph. mutato (י) in ו R. 56. נוֹשַׁע *falvatus, fervatus, liberatus* à præfentiffimo periculo *fuit*. Fut. Niph. quod mutato (י) in ו dagefhatum, Ibid. in Pfalm. flectitur in prima perf. tantùm. אִוָּשֵׁעַ *falvabor*, (cum (·) fub א loco (·) R. 107.) cum ה parag. וְאִוָּשֵׁעָה *& fervabor*, Pfal. 119. 117. וְנִוָּשֵׁעָה *& fervabimur*, Pfal. 80. 40. cum (..) loco (:) ob paufam.

Verf. 5.

744 אֲפָפוּנִי Apha-phú-ni] *Aggreffa funt me.* LXX. περιέσχον με *circumdederunt me.* Targ. אַקְפוּנִי *ambierunt me.* Ab אָפַף quod videtur factum ex אַף, *nafus*, q.d. *nafo in aliquem excanduit, in furore aliquem aggreffus eft.* Latini carent verbo correfpondente, plerumque exponunt per *circumire, circumdare.* Quinquies legitur in Bibliis, idque tantùm in tertia perf. plur. Præt. Kal, ac inanimatis rebus tantùm tribuitur. אָפְפוּ *aggreffa funt* (exarferunt) *fuper me mala*, Pfal. 40 13. Cum Affix. tranfpofito (·) & (:) R 98. אֲפָפוּנִי *aggrefsi funt me laquei mortis.* Pfal. 116. 3.

745 חֶבְלֵי Hhebh-lé] *tormina mortis.* Targ. עָקָא כְאִתְּתָא דְיָתְבָא עַל מַתְבְּרָא וְחֵיל לֵית לַהּ לְמֵילַד וְחֵיוָא מִסְתַּכְּנָא לְמֵמָת *anguftia ficut mulieris, quæ fedet in partu, nec vis eft ei pariendi, ipfáque periclitatur ad mortem.* חֶבֶל *dolor, funis*, fuprà num. 668. In plur. חֲבָלִים In Regim. mutato (·) in (:) R. 114. (-) amittit fuum (:) R. 15. ut fit חֶבְלֵי at (-) & (·) alternant, R. 107. fitque חֶבְלֵי מָוֶת *dolores mortis*, pro quo 2 Sam. 23. legitur מִשְׁבְּרֵי מָוֶת *contritiones mortis.* חֶבְלֵי רְשָׁעִים *funes impiorum apprehenderunt me*, Pfal. 119. 61. Targ. סִיעַת רַשִׁיעַיָא אִתְכַּנְשׁוּ עֲלַי *catervæ impiorum congregatæ funt contra me* : notat turbam inftar funis coadunatum, ficut σπεῖρα Græcis, Mat. 27. 27.
746 וְנַחֲלֵי Vena-hhale] *& torrentes.* A נָחַל *poffedit*, Nom. mafc. נַחַל *vallis* montium angufta, in qua non eft aqua: (fortaffè quòd vallis quodammodo fit poffeffio montium) eleganter fumitur pro *torrente*, qui tempore pluviæ defertur in ejufmodi valles. (In paufa fcribitur נָחַל Cum ה parag. נַחְלָה geftat accentum in penult. נַחְלָה *torrens tranfiit fuper animam noftram*, Pfal. 124. 4. notat fubitum damnum. Cum Præfix. מִנַּחַל *à torrente*, בַּנַּחַל *in torrente*, וְנַחַל *& torrente voluptatum tuarum potabis eos*, Pfal. 36. 9. notat copiam rerum bonarum. *Fidifti fontem* וְנָחַל *& torrentem*, Pf. 74. 15. ubi ו cum (·) ob accentum Athnach. R. 78. In plur. formatur ut שַׁעַר fuprà Num. 459. וּנְחָלִים *& torrentes*, בַּנְּחָלִים *per has valles*, Pf. 104. 10. ubi ב excludit ה Emphat. In Regim. נַחֲלֵי
747 בְלִיַּעַל Bheli-já-yal] *Belial.* Targ. וְסִיעַת טְלוּמַיָא *& caterva perverforum.* LXX. καὶ χείμαρροι ἀνομίας *& torrentes*

rentes iniquitatis. (aquarum inundationi comparantur iniqui) Nom. masc. sine plur. compositum ex בְּלִי *absque* & יַעַל utilitate, ita ut בְּלִיַּעַל sit *homo inutilis, nequam, nihili.* Vel à בְּלִי *absque* & עֹל *jugo*, qui jugum pietatis excussit. Sumitur aliquando in abstracto pro ipsa *impietate*, aliquando in concreto pro *impio, nequam*: ut apud Latinos *scelus*, pro scelesto. דְּבַר בְּלִיַּעַל *verbum, (res) impietatis*, Psal. 41. 9. Targ. שְׁלוּמָא *injustum.* LXX. παράνομον *iniquum.* In N. T. *Quæ concordia Christo* cum βελίαλ, 2 Cor. 6. 15. Syrus ܥܡ ܣܛܢܐ ܡܫܝܚܐ *Messiæ cum Satana?* est enim Diabolus nequam.

748 יְבַעֲתוּנִי Jebha-ųathú-ni] *terrebunt me.* A בָּעַת *terruit, perterruit*, Fut. Pih. absorpto dagesh, legitur h. l. tantùm in Psalm.

Vers. 6.

749 קִדְּמוּנִי Kid-demú-ni] *anticipârunt me.* A קָדַם suprà Num. 717. Præt. Pih. quod in Psal. flectitur sic: קִדַּמְתִּי *anticipavi*, קִדְּמוּ *præcesserunt*, Psal. 68. 26. Cum Affixo, קִדְּמוּנִי *prætervenerunt me.*

מוֹקְשֵׁי Mo-keshé] *tendiculæ mor-*
750 *tis.* Targ. אַקְדִּימוּ יָתִי דִמְזַיְּנִין בְּזַיְנֵי קְטוֹל *prævenerunt me armati armis occisionis.* A יָקַשׁ *laqueum aut rete tetendit*, Nom. masc. cum duplici plur. מוֹקֵשׁ *illaqueatio, irretitio*, It. *laqueus, rete, tendicula.* Differt à פַּח suprà Num. 561. quòd מוֹקֵשׁ semper capiat. Cum Præfix. לְמוֹקֵשׁ *in tendiculam.* In plur. מוֹקְשִׁים (& absque ו, מֹקְשִׁים Psal. 140. 6.) *laquei, retia, tendiculæ*, in fœmin. וּמוֹקְשׁוֹת *& laqueos*, Psal. 141. 9. In Regim. מוֹקְשֵׁי מָוֶת *illaqueationes mortis.*

Vers. 7.

751 אֲשַׁוֵּעַ Ashav-véaų] *vociferabor.* A שָׁוַע *clamavit, vociferatus est.* Fut. Pih. quod in Psalm. flectitur sic: אֲשַׁוֵּעַ *clamabo, cum* (-) furtivo: & cum ה parag. וָאֲשַׁוְּעָה *& vociferabar*, Psal. 119. 147. ubi ו conversiv. cum (ָ) ante א, R. 79. יְשַׁוְּעוּ *vociferabuntur.*

752 וְשַׁוְעָתִי Veshav-ųa-thí] *& vociferatio mea.* Nom. fœmin. שַׁוְעָה *clamor, vociferatio*, Cum Affix. mutat ה in ת שַׁוְעָתִי *clamor meus*, וְשַׁוְעָתִי *& clamor meus*, שַׁוְעָתָם *clamorem eorum*, Psal. 34. 16.

Vers. 8.

753 וַתִּגְעַשׁ Vat-tigh-ųásh] *Et concussa est.* A גָּעַשׁ *motus, commotus, concussus fuit*, propriè dicitur de terra vel mari. Fut. Kal, (cum ו Convers.) quod legitur h. l. tantùm in SS. pro quo 2 Sam. 22. 8. habetur וַיִּתְגָּעַשׁ quod secundùm literas est וַתִּגְעַשׁ & secundùm puncta וַיִּתְגָּעַשׁ ex Hithpah.

754 וַתִּרְעַשׁ Vat-tir-ųásh] *& tremuit.* A רָעַשׁ *concussus fuit cum impetu, & strepitu, trepidavit*, propriè dicitur de terræ motu. Fut. Kal, quod in Psalm. flectitur in tertia pers. tantùm, יִרְעַשׁ *commovebitur sicut Libanus fructus ejus*, Psal. 72. 16. i. e. spicæ frugum adeò bonæ erunt, ut vento flante moveantur, sicut arbores sylvæ. וַתִּרְעַשׁ *& commota fuit*, cum ו Convers. יִרְעֲשׁוּ *commovebuntur.*

755 וּמוֹסְדֵי U-mo-sedhé] *& fundamenta montium.* A יָסַד *fundavit*, Nom. Heemanth. plurale tantùm מוֹסָדִים *fundamenta*, sed non legitur in SS. nisi in Regim. ideóque mutato (ָ) in (:) facit

cit מוֹסְדֵי *fundamenta terræ*, Psal. 82. 5. Et in forma fœmin. מוֹסָדוֹת quod semel legitur in statu absoluto, לְמוֹסְדוֹת *pro fundamentis*, Jer. 51. 26. aliâs in Regim. מוֹסְדוֹת *fundamenta orbis habitabilis*, Psal. 18. 16.

756 יִרְגָּזוּ Jir-gá-zu] *horrebunt*. A רָגַז suprà Num. 190. Fut. Kal, quod flectitur tantùm in tertia pers. plur. יִרְגָּזוּ *contremiscent*, Psal. 77. 18. & in pausa, mutato (:) in (ָ) יִרְגָּזוּ R. 132.

757 וַיִּתְגָּעֲשׁוּ Vaj-jith-ga-ǵashú] *& invicem sese concusserunt*. A גָּעַשׁ suprà Num. 753. Fut. Hithpah. in se agens. Legitur h. l. tantùm in Psalm. וַיִּתְגָּעֲשׁוּ *& se moverunt, concussa sunt*, cum ו Convers.

758 חָרָה לוֹ Hhá-ra-ló] (cum) *ira exarserit ei*. Ipsum thema חָרָה *exarsit, incensus, inflammatus fuit*. Constructum cum אַף *ira*, notat *excanduit, iratus fuit*, sed sæpè אַף desideratur, ac tum ferè construitur cum לְ. Legitur in Psalm. h. l. tantùm, & suâ naturâ est vox acuta, R. 128, sed gestat accent. in penult. ob vicinitatem alterius accentus qui est in לוֹ pro חָרָה לוֹ R. 127.

Vers. 9.

759 עָשָׁן ǵa-shán] *fumus*. A עָשַׁן *fumavit*, Nom. masc. sine plur. עָשָׁן *fumus*. *Sicut propellitur* עָשָׁן *fumus*, Ps. 68. 3. res inanis, evanida, brevis. Cum Præf. כְּעָשָׁן *sicut fumus*, בֶּעָשָׁן *in ipso fumo*, Ps. 37. 20. excluso ה Emphat.

760 תֹּאכֵל To-chél] *comedet*. Ab אָכַל *comedit*, suprà Num. 620. animantium est propriè, metaphoricè tribuitur igni & gladio. Fut. Kal, quod facit primam syllabam cum ו (suprà Num. 548.) ac in Psalm. flectitur sic: אֹכַל *comedam*, הַאוֹכַל *an comedam?* Psal. 50. 13. ubi ה Interrogat. debet habere (ֲ) R. 77. quod ante guttural. transit in simplex (ַ) R. 16. תֹּאכַל *comedes*, יֹאכַל *comedet*, cum ו Convers. וַיֹּאכַל *& absumpsit*, Psal. 105. 35. תֹּאכַל *comedet* (ignis) Psal. 50. 3. Cum Affix. וְתֹאכְלֵם *& comedet eos ignis*, Psal. 21. 10. יֹאכְלוּ *comedent*; cum ו Convers. וַיֹּאכְלוּ *& comederunt*, Psal. 78. 29.

761 גֶּחָלִים Ge-hha-lím] *prunæ*, i. e. fulgura. Nom. plur. masc. absque sing. גֶּחָלִים *carbones igniti, prunæ*. Ejus singul. esset גַּחַל ad formam גַּנָּב pro גַּחָל at (ַ) ante gutturalem kametsatam, transit in (ֶ) R. 109. emanátque גֶּחָל unde plur. גֶּחָלִים. In Regim. autem mutato (ָ) in (:) composit. (ֲ) R. 114. sub ג nativum (ַ) redit, R. 109. fitque גַּחֲלֵי *prunæ juniperorum*, Psal. 120. 4. וְגַחֲלֵי *& prunæ ignis*, Psal. 18. 13.

762 בָּעֲרוּ Ba-ǵarú] *succensæ sunt*. A בָּעַר *arsit*, dicitur tàm de igne, quàm de re quæ igne ardet; metaphoricè de ira, suprà Num. 117. Præt. plur. kal, quod legitur h. l. tantùm in Psal.

Vers. 10.

763 וַיֵּט Vaj-jét] *Et inclinavit*. A נָטָה *extendit, inclinavit*, suprà Num. 712. Fut. Kal, quod in Psalm. flectitur in tertiâ pers. tantùm. Analogicè esset יִנְטֶה at converso נ in dagesh, R. 69. fit יִטֶּה Rursus ob ו Conversiv. apocopatur ה R. 67. ut fit וַיֵּט at dagesh, ex ultima litera tollitur, R. 20. & loco (ִ) sub (י) ponitur (ֵ) R. 67. n. 3. fitque וַיֵּט *& inclinavit*, Psal. 40. 2. In fœmin. וַתֵּט *nec declinavit*, Psal. 44. 19. pro תִּנְטֶה

764 וַעֲרָפֶל Va-ǵará-phel] *& caligo*. Nom. quadriliterum, masc. sine plur. עֲרָפֶל

עֲרָפֶל *caligo, tenebræ densæ*, 15. vicibus legitur in SS. ac de Deo dicitur. עָנָן וַעֲרָפֶל *nubes & caligo circuitus ejus*, Psal. 97. 2.

Vers. 11.

765 וַיִּרְכַּב Vaj-jir-cábh] *Et equitavit.* A רָכַב *equitavit*, super quavis re *insedit, vectus est*. Fut. Kal, cum ו Convers. legitur in Psal. h. l. tantùm.

766 כְּרוּב Kerúbh] (super) *Cherub*. i. e. super nubem, quòd nubes sint velut alæ Dei, & ob motus celeritatem vehi ac volare videntur. כְּרוּב est nomen universale ad omnem figuram: habet affinitatem cum superiori רָכַב (literis transpositis) *vehi*, & notat vel rem spiritualem, vel corporalē imaginem, manu artificis fabrefactam, quæ tanquam volucris alis expansis vehatur. Apud Mosen, כְּרוּב *est imago humana sed alata*, Ex. 25. repræsentans Angelos invisibiles, quos ita appellat Gen. 3. ut populus hoc nomine noto, posset meliùs apprehendere Angelos invisibiles. Rabbin. est compositum ex כ similitudinis, & voce Chald. רַבְיָא *parvulus*, q. d. *sicut parvulus*, quòd juvenili forma Cherubim effingerentur. At apud Ezec. habent figuram 4. animalium ibi descriptorum: ea quæ *animalia* dicuntur, c. 1. Cherubim appellatur c. 10. Et c. 1. *facies bovis*, c. 10. dicitur *facies Cherub*. Deniq; *Rex* ob majestatē vocatur *Cherub*, quòd in modum Cherub alas suas (dominium) longè extendat, Ezech. 28. *Et tu Cherub*, i. e. Rex magnus, extentus, & protegens. In plur. כְּרוּבִים Psal. 99. 1. Cum ה Emphat. הַכְּרֻבִים *Cherubinos*, Psal. 80. 2.

767 וַיָּעֹף Vaj-ja-yóph] *& volavit*. A עוּף *volare, pennis aerem secare*, proprium est alas habentium, transfertur etiam ad alia quæ celeriter feruntur. Fut. Kal, formæ קוּם & in Psalm. flectitur sic: אָעוּפָה *avolabo*, Ps. 55. 7. cum ה parag. יָעוּף (quæ) *volabit*, Ps. 91. 5. וַיָּעֹף *& volavit*, cum ו convers. Et sic וַנָּעֻפָה *& avolavimus*, Psal. 90. 10.

768 וַיֵּדֶא Vaj-jé-dhe] *& velociter volavit*. pro quo 2 Sam. 22. 11. habetur וַיֵּרָא *& visus est super alis venti*, commutatis literis similibus ר & ד A דָּאָה *vultur*, legitur semel, Lev. 11. 14. formatur verbum in Fut. Kal, יִדְאֶה *pernicitate quadam volabit*, quòd avis illa volatu celeri polleat: quomodo ter legitur in SS. & semel h. l. cum ו convers. וַיֵּדֶא ubi ה apocopatur, & (ּ) ad primam radicalem rejicitur, ac (..) sub י loco (.) assumitur, Reg. 67. n. 2. & 3.

¶ Chaldæus hunc versum sic interpretatur: וְאִתְגְּלִי בִּגְבוּרְתֵּהּ עַל כְּרוּבִין קַלִּילִין וְדַבַּר בִּתְקוֹף עַל גַּדְפֵי זְעָפָא *Et visus est in robore suo super Cherubim levissimis, & adduxit potentem super alas turbinis.*

Vers. 12.

769 חֹשֶׁךְ Hhó-shech] (ponet) *tenebras*. Ab חָשַׁךְ *obscuratus fuit*, Nom. masc. sine plur. חֹשֶׁךְ *tenebræ*, privatio lucis: eleganter significat *tribulationes*; nam calamitoso totus mundus est caliginosus. *An notum fiet* בַּחֹשֶׁךְ *in ipsis tenebris mirabile tuum*? Psal. 88. 13. i. e. in sepulchro, ubi ב excludit ה Emph. Cum Affix. mutat ו in (ְׁ) ut suprà Num. 85. *Illuminabit* חָשְׁכִּי *tenebras meas*. Infrà *v.* 29. i. e. calamitatem meam in prosperitatem verter.

770 סִתְרוֹ Sith-ró] *latibulum suum*. h. e. latebit sub tenebris, ne ad eum sit accessus. A סָתַר suprà Num. 526. Nom. masc. סֵתֶר *absconsio*, tam actio ipsa, quàm

quam locus ubi aliquid absconditur, *latibulum*. Cum Præfix. בְּסֵתֶר *in latibulo*, בַּסֵּתֶר *in ipso latibulo*, Ps. 101. 5. excluso ה Emphat. וּבְסֵתֶר *& in latibulo*. Cum Affix. mutato (‥) in (:) & (·) itidem in (:) ex priori (:) fit (.) סִתְרִי *latibulum meum*, סִתְרוֹ *ejus*.

771 סְבִיבוֹתָיו Sebhi-bho-tháv] *in circuitibus ejus*, סָבִיב *circuitus*, *ambitus*, suprà Num. 156. est cum duplici pl. סְבִיבִים Cum Affix. כָּל־סְבִיבָיו *omnes* (qui estis in) *circuitu ejus*, Ps. 76. 12. וּסְבִיבָיו *& circa eum*, Psal. 50. 3. In fœmin. סְבִיבוֹת *circum circa*, Psal. 79. 3. Cum Affix. סְבִיבוֹתַי *circa me*, סְבִיבוֹתֶיךָ *in circuitibus tuis*, סְבִיבוֹתָיו *in circuitibus ejus*. לִסְבִיבוֹתֵינוּ *in circuitibus nostris*, Psal. 44. 14. circum nos, ubi ל cum (.) ob sequens (:)

772 סֻכָּתוֹ Súc-ca-thó] *tabernaculum ejus*, tenebrosæ nubes fuere tabernaculum ejus. A masc. סֹךְ suprà Num. 518. Nom. fœmin. סֻכָּה *tugurium*, *tegumentum*, á protegendo, *tabernaculum*, בְּסֻכָּה *in tugurio*. Cum Affix. mutato ה in ת, סֻכָּתוֹ *tugurium ejus*. In plur. סֻכּוֹת *tuguria*, & nomen proprium loci *Succoth* à tuguriis sic dicti Gen. 33. 17. וְעֵמֶק סֻכּוֹת אֲמַדֵּד *& vallem Succoth metiar*, Psal. 60. 8. LXX. τῶν σκηνῶν *tabernaculorum*, acceperunt pro appellativo.

773 חֶשְׁכַת Hhesh-chath] *caliginem aquarum*. pro quo 2 Sam. 22. 12. legitur חַשְׁרַת מַיִם *colligationem aquarum*: colligatio nubium inducit caliginem. Ab חָשַׁךְ suprà Num. 769. Nom. fœmin. חֲשֵׁכָה *obscuritas*, *caligo*. Cum Præfix. בַּחֲשֵׁכָה *in tenebris*, כַּחֲשֵׁכָה *sicut tenebra*. In Regim. correpto (‥) in (:) R. 117. (-) amittit suum (:) R. 15. ut fit (converso ה in ת-) חֶשְׁכַת sed (-) & (·) alternant, R. 107. fitque חֶשְׁכַת

774 עָבֵי ya-bhe] *densitates*. A עוּב in Hiph. הֵעִיב *obnubilavit*, vel à עָבָה *densus fuit*, Nom. fœm. cum duplici plurali, עָב *densitas*, It. *nubes* à densitate quam habet. In plur. עָבִים & עָבוֹת *nubes*, בְּעָבִים *in nubibus*. In Regim. עָבֵי manente (·) quoniam includit literam quiescent. R. 114. Cum Affix. עָבָיו *densæ nubes ejus*.

775 שְׁחָקִים Shehha-kím] *nubium*. A שָׁחַק *comminuit*, Nom. masc. שַׁחַק *pulvis contusus* & pertenuis, in qua significatione legitur semel, Esa. 40. 15. וּכְשַׁחַק *& sicut pulvisculus bilancium*, qui nullius est ponderis, & flatu removetur. Per translationem, *Nubes superiores* levissimæ & tenuissimæ, Vel ipsum *cœlum* à subtilitate sic dictum. *Quis* בַּשַּׁחַק *in ipso cœlo comparabitur Jehovæ*, Ps. 89. 17. *Et testis* בַּשַּׁחַק *in ipso cœlo fidelis*. Ibid. *v.* 38. in quib. בַּ excludit ה Emphat. In plur. שְׁחָקִים ut suprà Num. 459. *Et virtus* (potentia) *ejus* בַּשְּׁחָקִים *in ipsis nubibus*, Psal. 98. 35. sunt enim nubes variarum in orbe efficientiarum administræ, sunt Dei currus, aquarum, grandinis, nebularum receptacula ac velut armaria, &c.

Vers. 13.

776 מִנֹּגַהּ] Min-nó-gah] *A splendore*. Nom. radicale נֹגַהּ *splendor*, *lux*. Cum Præfixo מ, à נָגַהּ infrà Num. 822.

777 עָבְרוּ ya-bherú] *transierunt*. A עָבַר *transiit*, *præteriit*, *transgressus est*. Præt. Kal, quod in Psal. flectitur sic: עָבַר *transivit*, עָבְרָה *transivit*, sc. ventus, Ps. 103. 16. עָבְרוּ *transiverunt*, *progressi sunt*, & in pausa, עָבָרוּ Ps. 42. 8.

778 בָּרָד Ba-rádh] *grando*. Nom. masc. sine plur. בָּרָד *grando*, pluvia in aere con-

conglaciata. Cum Præfix. וּבָרָד & *grando*, לְבָרָד *in grandinem*, בְּבָרָד *in grandine*, ubi ל & ב excludunt ה Emphat.

Vers. 14.

779 וַיַּרְעֵם Vaj-jar-yém] *Et intonuit.* A רָעַם *tonnit, intonuit*, Fut. Hiph. cum ו Convers. וַיַּרְעֵם propriè *& tonitru fecit.*

Vers. 15.

780 וַיִּשְׁלַח Vaj-jiſh-láhh] *Et emiſit* ſagittas ſuas. A שָׁלַח *miſit, emiſit*, Fut. Kal, quod in Pſalm. flectitur ſic: תְּשַׁלַּח *emittes palmites ejus*, Pſal. 80. 12. i.e. propagabis. תִּשְׁלַח יָדְךָ *emittes manum tuam*, Pſal. 138.7. i.e. extendes, יִשְׁלַח *mittet*, & cum ו Converſ. וַיִּשְׁלַח *& emiſit*, לֹא־יִשְׁלְחוּ *non extendent manus ſuas.* Pſal. 125.3.

781 וַיְפִיצֵם Va-jephi-tſém] *& diſperſit eos.* A פּוּץ *ſparſus, diſperſus fuit*, In Hiph. abjecto ו R. 58. הֵפִיץ *diſperſit, frangendo diſſipavit.* Fut. Hiph. quod in Pſalm. flectitur ſic: תָּפִיץ *diſperges*, Cum Affix. mutato (·) in (:) וּתְפִיצֵם *& diſperges eos.* Pſal. 144. 6. Et ſic: וַיְפִיצֵם *Et diſperſit eos*, ubi ex (·) dageſh tollitur, R. 20. quod ו Converſiv. ei imprimere debuit. R. 79. pro וַיְפִּיצֵם

782 וּבְרָקִים U-bhera-kím] *& fulgura.* A בָּרַק *fulguravit*, Nom. maſc. בָּרָק *fulgur*, & *fulmen*, ignis qui aqua non extinguitur: quæ duo tamen differunt, quòd *fulgur* ſit ſplendor ipſius fulminis, *fulmen* autem ipſum telum. In plur. בְּרָקִים *fulgura*, וּבְרָקִים *& fulgura*, Cum Affix. בְּרָקָיו *fulgura ejus.*

783 רָב Rábh.] *jaculatus eſt.* LXX. ἐπλήθυνε *multiplicavit.* A רָבַב *multiplicavit*, It. *jaculatus eſt*, à vicino verbo רָבָה *ſagittavit.* Præt. Kal, per ſyncopen, R. 70. רַב ſed ob accentum Rebia רָב Targ. accepit pro Nomine רַב *multus*, וּבַרְקִין סַגִּיאִין *& fulgura plurima.*

784 וַיְהֻמֵּם Va-jehüm-mém] *& turbavit eos.* Ab הָמַם *turbavit, conturbavit*, rumorem turbando excitavit: *profligavit*, verbum caſtrenſe. Fut. Kal, quod ſyncopata media radicali, R. 70. in Pſalm. flectitur ſic: תָּהֹם *profligabis*; cum Affix. aſſumit dageſh, & mutat ו in (:) R. 125. וּתְהֻמֵּם *& profligabis eos*, Pſ. 144. 6. Et ſic וַיְהֻמֵּם cum ו Converſ. ut antè Num. 781.

Vers. 16.

785 וַיֵּרָאוּ Vaj-je-rá-u] *Et apparuerunt.* A רָאָה ſuprà 318. In Niph. נִרְאָה *viſus eſt, apparuit, conſpiciendum ſe præbuit*, Fut. Niph. quod (compenſato dageſh per (..) R. 19.) in Pſalm. flectitur ſic: וְאֵרָאֶה *& videbor*, apparebo, יֵרָאֶה *videbitur*, conſpicietur. וַיֵּרָאוּ *& apparuerunt*, cum ו Converſ. excluſo ה R. 66.

786 אֲפִיקֵי Aphi-ké] *fortitudines aquarum.* LXX. αἱ πηγαὶ τῶν ὑδάτων *fontes aquarum.* Ab אָפַק *corroboravit*, Nom. maſc. אָפִיק *fortitudo, vis, robur*, ornatè dicitur de *rapiditate, fluxu & impetu fluviorum*, & de *alveo*, in quem fluvius delabitur. In plur. כַּאֲפִיקִים *ut alvei in meridie*, Pſ. 126.4. ſive in ſiccitate. In Regim. עַל־אֲפִיקֵי *ſuper rapiditatibus aquarum*, Pſal. 42.2. vel ſuper alveos aquarum.

787 וַיִּגָּלוּ Vaj-jig-gá-lu] *& revelata ſunt* fundamenta. A גָּלָה *revelavit, manifeſtavit*, Fut. Niph. abjecto ה R. 66. יִגָּלוּ pro יִגָּלְהוּ

788 מִגַּעֲרָתְךָ Mig ga-ýará-thechá] *ab increpatione tua.* A גָּעַר Num.423. Nom. fœm. גְּעָרָה *increpatio* : cum de Deo dicitur, duriùs sonat. In Regim. & cum Affix. mutato (·) penult. in (:) sub gutturali in composit. (-:) quod punctuat præcedentem, fit מִגַּעֲרַת *ab increpatione faciei tuæ*, Psal. 80. 17. Cum Affix. מִגַּעֲרָתְךָ Psal.76.7. & מִן־גַּעֲרָתְךָ *ab increpatione tua*, Psal. 104.7.

789 מִנִּשְׁמַת Min-nish-máth] *propter halitum*, vel *ab halitu* venti iræ tuæ. LXX. ἀπὸ ἐμπνεύσεως πνεύματος ὀργῆς σε, *ab inspiratione spiritus iræ tuæ.* Nom.fœm. נְשָׁמָה *halitus*, anima corporis motiva, quæ vitam ei tribuit. Dicitur propriè de anima hominis immortali, quam Deus in illum insufflavit. Gen.2. Usurpatur etiam *de vento*, quòd & ipse sit quodammodo Dei flatus: quin etiam halitum cujusque animantis significat. כֹּל הַנְּשָׁמָה *Omnis iste halitus laudet Jah*, Psal.150.6. LXX. πᾶσα πνοὴ *omnis spiratio.* In Regim. converso ה. in ת. & (·) penult. in (:) ex priori (:) fit (.) נִשְׁמַת

Vers.17.

790 יַמְשֵׁנִי Jam-shé-ni] *extrahet me* ex aquis multis, i. e. liberabit me ex multis angustiis. A מָשָׁה *traxit, extraxit, eduxit*, Fut. Hiph. quod bis tantùm legitur in SS. h.l. & 2 Sam.22.17. יַמְשֵׁנִי excluso ה. radicali ob Affix. R. 103. pro יַמְשֶׁהֵנִי

Vers.18.

791 יַצִּילֵנִי Jats-tsi-lé-ni] *Liberabit me.* A נָצַל Num.315. Fut. Hiph. quod compensato נ per dagesh, R.69. in Psalm. flectitur sic: וְאַל תַּצֵּל *& ne abripias*, Ps.119.43. cum (..) loco (·.) Cum Affix. תַּצִּילֵנִי *liberabis me*, in tertia pers. יַצִּיל *eripiet*, Cum Affix. יַצִּילֵנִי *eripiet me*, יַצִּילְךָ *te*, יַצִּילֵהוּ & יַצִּילֶנּוּ *liberabit eum*, יַצִּילֵם *eos.*

792 עָז ýáz] (ab inimico meo) *robusto.* A עָזַז *robustus, fortis fuit*, Nom. masc. per syncopen עַז *robustis, fortis.* In plur. assumpto dagesh. R.125. facit עַזִּים *robusti.* Ps.59.4.

793 אָמְצוּ A-metsú] *fortes fuerunt* מִמֶּנִּי *præ me*, i.e. robustiores me erant. Ab אָמַץ *robustus, validus, fortis fuit*, vel evasit: non multùm frequens est in SS. Præt. Kal, quod in Psalm. legitur h. l. tantùm & Psal. 142.7. אָמְצוּ מִמֶּנִּי *fortiores me fuerunt*, ubi מ sumitur comparativè, R.29.

Vers.19.

794 יְקַדְּמוּנִי Jekad-demú-ni] *Prævenerunt me.* A קָדַם supra Num. 717. Fut. Pih. quod in Psalm. flectitur sic: תְּקַדֵּם *prævenies.* Cum Affix. mutato (..) in (:) תְּקַדְּמֶנּוּ *prævenies eum.* Et sic in tertia pers. יְקַדְּמֵנִי *anticipabit me*, תְּקַדְּמֶךָּ *præveniet te* sc. oratio mea. Ps. 88. 14. נְקַדְּמָה *anticipabimus*, Ps. 95. 2. cum ה parag. יְקַדְּמוּ *anticipabunt*, Cum Affix. יְקַדְּמוּנִי *anticipabunt me.* יְקַדְּמוּנוּ *præveniant nos.* Ps.79.8.

795 אֵידִי E-dhí] (in die) *calamitatis meæ.* Targ. בְּיוֹם טַלְטוּלִי *in die migrationis meæ.* Nom. masc. sine plur. אֵיד *afflictio, pernicies, exitium*, status rerum tristis & calamitosus. Convenit cum אֵד *nubes, pluvia*, noxia plantis, refertúrque ad calamitatem ex improviso accidentem. Legitur in Psalm. h. l. tantùm.

796 לְמִשְׁעָן Lemish-ýán] *in sustentaculum*, Targ. וַהֲוָה מֵימְרָא דַייָ סְמִיךְ לִי *& fuit verbum Domini fulcrum mihi.*

hi. LXX. ϰ̀ ἐγενέτο κύριος ἀντιςή-ριγμά μου *& factus est Dominus prote-ctio mea.* A שָׁעַן in Niph. נִשְׁעַן *ni-xus, innixus fuit.* Nom. masc. sine pl. מִשְׁעָן *scipio, baculus* quo quis nititur, *fulcimentum, sustentaculum.* Ter tan-tùm legitur in SS. Esa. 3. 1. 2 Sam. 22. 19. & h. l. לְמִשְׁעָן *in scipionem.* i.e. vice, pro, loco scipionis.

Vers. 20.

וַיּוֹצִיאֵנִי Vaj-jo-tsi-é-ni] *Et eduxit*
797 *me.* A יָצָא supra Num. 683. in Hiph. mutato (י) in ו R. 57. הוֹצִיא *exire fe-cit,* i. e. eduxit. Fut. Hiph. quod in Psalm. flectitur sic : תּוֹצִיא *educes,* Cum Affix. תּוֹצִיאֵנִי *educes me,* Cum ו convers. וַתּוֹצִיאֵנוּ *& eduxisti nos,* Psal. 66. 12. יוֹצִיא *educet,* Cum ו Con-vers. וַיּוֹצִיא *& eduxit,* Psal. 78. 16. & cum defectu (י) וַיּוֹצֵא Psal. 105 43. & cum (..) loco (י) וַיּוֹצֵא Psal. 136. 11. Cum Affix. וַיּוֹצִיאֵנִי *& exi-re fecit me,* יוֹצִיאֵם *eduxit eos,* וַיּוֹצִיאֵם *& eduxit eos.*

לַמֶּרְחָב Lam-mer-hhábh] *latitudini.*
798 i.e. in latitudinem. A רָחַב supra Num. 174. Nom. masc. Heemanth. מֶרְחָב *latitudo,* locus amplus & spatiosus. Sexies legitur in SS. Cum Præfix. בַּמֶּרְחָב *in latitudine,* Psal. 31. 9. & 118. 5. לַמֶּרְחָב *in latitudinem,* in qui-bus ב & ל excludunt ה Emphat.

בִּי Bi] *in me.* ב est Præfix. *In,* &
799 (י) affix. ex utroque fit בִּי

Vers. 21.

יִגְמְלֵנִי Jigh-melé-ni] *Retribuet mi-*
800 *hi.* A גָּמַל *cumulatè retribuit.* Num. 325. Fut. Kal, quod in Psalm. flecti-tur sic: תִּגְמֹל *retribues,* יִגְמוֹל *retribu-et,* & ob Affix, mutato ו in (:) יִגְמְלֵנִי

801 כְּבֹר Kebhór] *secundùm puritatem.* A בָּרַר *purus, mundus fuit,* Nom. masc. sine plur. בֹּר *puritas, munditia.* Septies legitur in SS. Cum כ similitu-din. כְּבֹר יָדַי *juxta puritatem manuum mearum.* infrà *v.* 25. pro quo 2 Sam. 22. 25. legitur כְּבֹרִי *juxta puritatem meam.*

802 יָשִׁיב Ja-shíbh] *restituet* mihi. A שׁוּב suprà Num. 295. In Hiph. abje-cto ו, R. 58. הֵשִׁיב *redire fecit, in lo-cum suum restituit, redegit.* Constru-ctum cum פָּנִים *faciem avertit, rejecit, repulit.* Fut. Hiph. quod in Psalm. flectitur sic: אָשִׁיב *redire faciam. Quod non rapui* אָז אָשִׁיב *tunc rependi,* Psal. 69. 5. ubi particula אָז convertit Futur. in Præterit. R. 79. LXX. ἃ οὐκ ἥρπαζον τότε ἀπετίννυον. *quæ non ra-pui, tunc exolvebam.* Cum ו convers. & ה parag. וָאָשִׁיבָה *& redire feci,* Psal. 119. 59. תָּשִׁיב *redire facies,* אַף תָּשִׁיב צוּר חַרְבּוֹ *etiam redire facies aciem gladii ejus,* Ps. 89. 44. i. e. re-tundes. Et cum (..) תָּשֵׁב *rediges ho-minem ad contusionem,* Psal. 90. 3. אַל־תָּשֵׁב פְּנֵי מְשִׁיחֶךָ *Ne avertas fa-ciem uncti tui,* Psal. 132. 10. Cum Affix. mutato (י) in (:) תְּשִׁיבֵנוּ *fecisti redire nos,* Ps. 44. 11. i. e. fecisti ut ce-deremus. יָשִׁיב *faciet redire,* & cum ֻ loco (י) יָשׁוּב Psal. 54. 7. (vel est יָשׁוּב ex Kal, *revertetur*) Cum ו con-vers. (ut suprà Num. 462.) וַיָּשֶׁב *& restituit,* Psal. 18. 25. *& redire fecit,* Psal. 94. 23. i. e. convertit. יָשִׁיבוּ *re-verti facient.*

Vers. 22.

803 רָשַׁעְתִּי Ra-sháע-ti] (et non) *inju-stus fui,* (vel certè *condemnatus, reus,*) à Deo meo, Vel *non me improbè aver-ti.* Targ. וְלָא הֲלָכִית בְּרֶשַׁע *& non am-*

ambulavi in improbitate. LXX. καὶ οὐκ
ἠσέβησα *nec impiè gessi.* A רָשַׁע ſu-
prà Num. 7. Præt. Kal, h. l. tantùm
in Pſalm.

Verſ. 23.

וְחֻקֹּתָיו Vehhük-ko-tháv] *& ſta-*
804 *tuta ejus.* A maſc. חֹק ſuprà Num.
88. Nom. fœm. חֻקָּה *ſtatutum.* Cum
Affix. חֻקָּתִי *ſtatutum meum,* In plur.
חֻקּוֹת Cum Affix. בְּחֻקֹּתֶיךָ *in ſtatutis*
tuis, וְחֻקֹּתָיו *& ſtatuta ejus.*
אָסִיר A-sír] *faciam recedere,* i. e. a-
805 movebo. A סוּר *cedere, recedere.* In
Hiph. abjecto ו, R. 58. הֵסִיר *fecit re-*
cedere, i. e. removit, amovit, abſtulit. Fut.
Hiph. h. l. tantùm in Pſal. אָסִיר

Verſ. 24.

806 וָאֱהִי *Et fui,* ſuprà Num. 439. תָמִים
perfectus.
807 עִמּוֹ yim-mó] *cum eo.* Præpoſitio
עִם *cum, apud.* Cum Præfix. מֵעִם *à*
cum Jehova, Pſal. 121. 2. pleonaſm.
וְעִם *& cum.* Cum Affixis aſſumit da-
geſh, (q. eſſet ex עִמַּם) fitque עִמִּי *me-*
cum, עִמְּךָ *tecum,* penes te. וְעִמָּךְ *& te-*
cum. In pauſa tranſpoſitis punctis R.
132. עִמָּךְ *tecum,* Pſ. 39. 13. עִמָּנוּ *no-*
biſcum, עִמּוֹ *cum eo,* מֵעִמּוֹ *à cum eo,*
Pſ. 89. 34. i. e. ab eo. עִמָּם *cum eis.*
808 וָאֶשְׁתַּמֵּר Va-esh-tam-mér] *& me-*
ipſum cuſtodivi ab iniquitate mea, i. e.
ne iniquitatem operarer. A שָׁמַר Num.
690. In Hithp. הִשְׁתַּמֵּר *cuſtodivit ſe,*
cavit ſibi, pro הִתְשַׁמֵּר tranſpoſito ש
& ת R. 47. n. 1. Legitur h. l. tantùm
in Pſal. in Fut. cum ו converſ. וָאֶשְׁתַּמֵּר
pro וָאֶתְשַׁמֵּר
809 מֵעֲוֹנִי Me-yavo-ní] *à prævaricati-*
one mea, i. e. ne iniquè agam. A עָוָה
curvus, obliquus fuit, Nom. maſc.
Heemanthic. cum duplici plur. עָוֹן,
1553 וַיָּקֶם Vaj-jákem] *& statuit*. A קוּם *surgere*, in Hiph. ejecto ו, R. 58. הֵקִים *surgere fecit, stabilivit, erexit*. In Fut. יָקִים *statuet*, Ps. 107. 29. Cum ו convers. mutato (...) in (∵) ob retractum accentum. R. 127. וַיָּקֶם *& stabilivit*, Psal. 78. 5.

Vers. 5.

1554 מִבְטַחוֹ Mibh-ta-hhó] (qui posuit Jehovam) *fiduciam suã*, i. e. qui fiduciã suam in eo collocavit. LXX. *Cujus nomen Domini spes ejus*, pro שָׂם *posuit*, legerunt שֵׁם *nomen*, sed sensu eodem. A בָּטַח *confidit*, Nom. Heemanth. מִבְטָח *spes, fiducia*. In Regim. correpto (·) in (-) R. 115. מִבְטַח *fiducia omnium extremitatum terræ*, Ps. 95. 6. Cum Affix. etiam (præter morem) retinet (-) מִבְטַחִי *fiducia mea*, Psal. 71. 5. מִבְטַחוֹ *ejus*.

1555 פָּנָה Pha-ná] (& non) *respexit*. Ipsum thema, פָּנָה *faciem vertit*, i. e. aspexit, vel *divertit*, i. e. declinavit. In plur. abjecto ה, R. 66. *Omnes dies nostri* פָּנוּ *declinârunt*, Psalm. 90. 9. LXX. ἐξέλιπον *defecerunt*.

1556 רְהָבִים Reha-bhím] (ad) *superbos*, vel ad *fortitudines*, i. e. validos qui jactant vires suas. A רָהַב *invaluit*, Nom. m. רַהַב *fortitudo, vis prævalida, superbia*. Plur. רְהָבִים ut suprà Num. 459.

1557 וְשָׂטֵי Vesa-té] *& declinantes* mendacii, i. qui declinant ad mendacium. LXX. καὶ μανίας ψευδεῖς *& insanias falsas*; (Legerunt שְׁטֵי ex Chald. שְׁטָא *insanivit*.) A שׂוּט *declinare*, *deflectere*, Part. Kal, R. 59. שָׂט *deflectens*. Plur. in Regim.

Vers. 6.

1558 אֵין עֲרֹךְ אֵלֶיךָ En-yaróch e-lé-cha] (cogitationes tuæ quæ sunt erga nos) *non ordinare apud te*. i. e. Nemo est qui possit eas in ordinem digerere: nam etiamsi id fiat pro captu & modulo hominum, sed *non apud te*, infra immensam tuam gloriam omnis eorum hac in re conatus. A עָרַךְ suprà Num. 225. Infinit. Kal.

1559 מְסַפֵּר Mis-sap-pér] (Narrabo & eloquar ?fortia sunt) *præ narrare*, i. e.

superant omnem narrandi peritiam. A סָפַר Num. 86. Infin. Pih. cum מ quod negationem includit, R. 41. מִסַּפֵּר *à numerando*, i. e. quàm ut possint numerari.

Vers. 7.

זֶבַח וּמִנְחָה לֹא חָפַצְתָּ *Sacrificio & oblatione non delectatus es*, i. e. minus grata ea habuisti, quia ex se & per se nil nisi erant umbra veritatis. אָזְנַיִם כָּרִיתָ לִּי *Aures perforasti mihi*, i. e. concavas reddidisti, ad audiendum voluntatem tuam, eique obediendum. *Aures* synecdochicè pro *corpore*, ait n. de obedientia Christi, cujus subjectum sunt aures. Unde LXX. σῶμα κατηρτίσω μοι *corpus perfecisti mihi*, pro *perfodisti* reddunt *perfecisti*, nam כָּרָה significat *fodit*, & *acquisivit, comparavit*.

Vers. 8.

1560 הִנֵּה בָאתִי Hin-ne-bhá-thi] *Ecce veni*, animo ad parendum paratissimo. A בּוֹא *Venire*, Præt. Kal, ejecto ו, R. 59. בָּא *venit, advenit, ingressus est*. In Psalm. flectitur sic : בָּא *venit*. Cum ה Relat. R. 76. הַבָּא *qui venit*, Psal. 118. 26. Fœm. בַּרְזֶל־בָּאָה *ferrum ingressum est*, Psal. 105. 18. Cum Affix. mutato ה- in ת- R. 97. *Omne istud* בָּאַתְנוּ *venit nobis*, Psal. 44. 18. pro בָּאָה עָלֵינוּ *venit super nos*. In plur. בָּאוּ *venerunt*, Psal. 69. 2. In prima pers. utriusq; num. א quiescit in (ָ) R. 64. בָּאתִי *veni*, בָּאנוּ *venimus*, Ps. 66. 12.

1561 בִּמְגִלַּת Bim-ghil-láth] *in volumine libri*, i. e. in libro legis : sequitur enim, *Lex tua in medio viscerum meorum*, nullo citato quidem singulari loco, ut indicaret se esse totius scripturæ scopum. Targ. *quando studuero in volumine legis, quod propter me scriptum est*. LXX. ἐν κεφαλίδι βιβλίου *in capite libri*. Suidas notat κεφαλίδα idem est quod εἴλημα *involucrum*, ut Symmachus vertit, ἐν ἐιλήματι βιβλίου *in involucro libri*. A גָּלַל *volvit, convolvit*, Nom. fœm. Heemanth. מְגִלָּה *charta plicabilis, liber convolutus*, (ut libri veteres fuerunt) Latinis *volumen*. In Regim. ה- in ת- & ב cum (ְ) ob sequens (ִ)

1562 סֵפֶר Sé-pher] *libri*. A סָפַר *enarravit*, Nom. m. סֵפֶר *liber*, cui inest alicujus rei enarratio, ut præsentibus fit voce, sic absentibus scripto. Cum Præfix. מִסֵּפֶר *è libro*, Psal. 69. 26. Cum Affix. (ut suprà Num. 770.) וְעַל־סִפְרְךָ *& super librum tuum*, Psal. 139. 16.

1563 כָּתוּב Ca-thúbh] *scriptum est*. A כָּתַב *scripsit*, Ps. 149. 9. Pahul Kal.

Vers. 9.

1564 לַעֲשׂוֹת La-ńasóth] *Ad faciendum*. רְצוֹנְךָ *beneplacitum tuum*, qd Græc. dicitur εὐδοκία. Ideò nascente Christo, Angeli accinebant, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία *in hominibus bona voluntas*, i. e. beneplacitum Dei adimpletur. A עָשָׂה *fecit*, Infinit. Kal, exit in וֹת R. 65. עֲשׂוֹת *facere*, Psal. 109. 16. Cum ל nota Gerundii, (quod habet (ַ) ob sequens (ֲ)) לַעֲשׂוֹת Cum Affix. לַעֲשׂוֹתָם *ad faciendum illa*, Psal. 103. 18.

Vers. 10.

1565 בִּשַּׂרְתִּי Bis-sár-ti] *Annunciavi*. Præt. Pih. בִּשֵּׂר *rem novam & lætam nunciavit*, *carnea* i. e. mollia & suavia

via *annunciavit*, à בָּשָׂר *caro*, q. *carnem faciens*, i. e. bono nuntio vitam afferens. In prima perſ. בִּשַּׂרְתִּי LXX. εὐηγγελισάμην.

1566 אֶכְלָא Ech-lá] (non) *cohibebo* aut continebo. A כָּלָא *cohibuit*, *prohibuit*, vel verbis vel actu, retinendo & includendo. Fut. Kal, quieſcente א in (..) R. 64. אֶכְלָא *prohibebo*, תִּכְלָא *cohibebit*, v. 12.

Verſ. 11.

1567 כִחַדְתִּי Chi-hhádh-ti (non) *celavi*, i. e. manifeſtavi. Præt. Pih. כִּחֵד *abſcondit*, ne appareat aut audiatur, *celavit*. In prima perſ. כִּחַדְתִּי

Verſ. 13.

1568 מִסְפָּר Mis-pár] (uſque ad non) *numerum*. Adagialis loquendi forma, pro maxima multitudine. A סָפַר *numeravit*, Nom. Heemanth. מִסְפָּר *numerus*, מְתֵי מִסְפָּר *homines numeri*, Pſal. 105. 12. i. e. pauci, qui facilè numerari poſſunt. *Qui numerat* מִסְפָּר *numerum ſtellis*. Pſal. 147. 4. Targ. כְּסוּם *ſummam*.

1569 הִשִּׂיגוּנִי Hiſ-ſi-ghú-ní] *fugientem apprehenderunt me* iniquitates meæ. A נָשַׂג in Præt. Hiph. converſo נ in dageſh, R. 69. הִשִּׂיג *attigit*, *aſſequendo comprehendit*. In plur. cum Affix. הִשִּׂיגוּנִי

1570 מִשַּׂעֲרוֹת Miſ-ſa yaróth] (multiplicatæ ſunt) *præ capillis* capitis mei. Proverbialis hyperbole de numero nobis infinito. A שָׂעַר *horruit*, cum pili aut ſetæ eriguntur in animali, q. *horripilavit*. Nom. m. שֵׂעָר *pilus*, *capillus*. Et aliâ formâ שֵׂעָר unde fœm. שַׂעֲרָה in pl. שַׂעֲרוֹת Cum Præfix. מִשַּׂעֲרוֹת Pſal. 69. 5.

Verſ. 14.

1571 רְצֵה Retſé] *Complace*. A רָצָה *bene voluit*, *complacuit*, *acceptavit*, excludit meritum. Imper. Kal, exit in (..) R. 65. רְצֵה *accepta*, Pſ. 119. 108.

1572 לְהַצִּילֵנִי Lehats-tſi-lé-ni] *ad eruendum me*. Infinit. Hiph. Cum Affixo. Vide ſuprà Num. 1319.

Verſ. 15.

1573 לִסְפּוֹתָהּ Lis-po-tháh] *ad perdendum eam*. A סָפָה *finiit*, *conſumpſit*, *perdidit*, Gerund. Kal, לִסְפּוֹת R. 65. cum Affix. הּ.

Verſ. 16.

1574 יָשֹׁמּוּ Ja-ſhóm-mu] *Deſolabuntur* ſuper mercedem, i. e. propter mercedem pudoris ſui. LXX. κομισάσθωσαν παραχρῆμα *Ferant confeſtim confuſionem ſuam*: legerunt יִשְׂאוּ עַל עֵקֶב *ferent ad calcaneum ſeu veſtigium*. i. e. immediatè. A שָׁמַם *deſolatus fuit*, *obſtupuit*, ſtupendam deſolationem notat. Fut. Kal, ſyncopatâ mediâ radicali, R. 70. יָשֹׁם in plur. aſſumpto dageſh, יָשֹׁמּוּ

Verſ. 18.

1575 יַחֲשָׁב לִי Ja-hhaſhobh-lí] *cogitabit mihi*, vel *de me*. Ab חָשַׁב Fut. Kal, ſuprà Num. 1264. יַחְשֹׁב at ob vicinitatem alterius acceritus, ו tranſit in (..) R. 127. pro יַחְשֹׁב לִי

1576 אַל־תְּאַחַר Al-tea-hhár] *ne tardaveris*, q. *ne poſt venias*, ne diutiùs differas liberationem. Ab אַחַר *poſt*, Verbum in Pih. אִחֵר *moratus eſt*, *tardavit*, q. poſt venit. Fut. Pih.

PSAL-

PSALMUS XLI. מא

Vers. 2.

1577 דַּל Dál] (*super*) *exhausto.* [Targ. לְעַנִי מִסְכְּנָא *afflicto paupere.* LXX. ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα *super egenum & pauperem.* A דָּלַל *exhaustus fuit, attenuavit*, Nom. m. דַּל *tenuis, macilentus, debilis, pauper*, q. tenuioris fortunæ homo, Psal. 73. 13. In pausa דָּל Psal. 82. 3.

Vers. 3.

1578 וִיחַיֵּהוּ Vi-hháj-jé-hu] *& vivificabit eum*, vitæ restituet. Ab חָיָה suprà Num. 1047. Fut. Pih. תְּחַיֶּה *vivificabis.* Cum Affix. excluso ה R.103. תְּחַיֵּנִי *vivificabis me*, Psalm. 138. 7. & cum ו loco (י) תְּחַיֵּינִי Psal. 71.20. cum (י) redundante. Et sic, תְּחַיֵּינוּ *vivificabis nos*, Psal. 81. 19. יְחַיֶּה *vivificabit*, Cum Affix. & Præfixo, וִיחַיֵּהוּ ubi (:) sub (י) tollitur ob præcedens (.) R. 8.

1579 יְאֻשַּׁר Jeúsh-shár] *fœlix dicetur.* Ab אִשֵּׁר *beavit, fœlicem reddidit*, in Pyhal אֻשַּׁר *beatus prædicatus fuit.* Fut. Pyhal יְאֻשַּׁר at secundùm Masorethas est Præterit. וְאֻשַּׁר *& beabitur.*

Vers. 4.

1580 דְּוָי Devaj] (super lectum) *languoris.* A דָּוָה *doluit, languidus fuit*, Nom. m. mutato ה in (י) דְּוַי *dolor, languor.* In pausa דְּוָי

1581 בְחָלְיוֹ Bhehhol-jó] *in morbo ejus.* Ab חָלָה *ægrotavit*, Nom. m. חֳלִי *morbus, ægritudo.* Est formæ פְּרִי ideoque cum Affix. mutato (.) in (:) R. 123. (ׇ) amittit suum (:) R. 15. fitque חָלְיוֹ

Vers. 5.

1582 חָטָאתִי Hha-tá-thi] (Sana me quoniam (etsi)) *peccavi tibi.* Præt. Kal, חָטָא *peccavit, à scopo aberravit*, ubi א quiescit in (ָ) R. 64. חָטָאתִי *peccavi.* חָטָאנוּ *peccavimus*, Psal. 106. 6. At in tertia pl. movetur : חָטְאוּ *peccârunt*, Ps. 78. 32.

Vers. 6.

1583 יָמוּת Ja-múth] (quando) *morietur.* A מוּת *mori.* Fut. Kal, ubi literæ præformantes assumunt (ָ) R.58. אָמוּת *moriar*, Psalm. 118. 17. יָמוּת *morietur.* תְּמוּתוּן *moriemini*, Ps. 82. 17. mutato (ּ) in (:) ob ן Paragog. R. 102. n. 5. יָמוּתוּ *morientur*, Ps. 49. 10.

Vers. 7.

1584 יִקְבָּץ־ Jik-bots] *colliget iniquitatem* sibi. A קָבַץ *collegit, dispersa congregavit.* Fut. Kal, יִקְבּוֹץ at ob Maccaph, ו transit in (ָ) R. 134.

Vers. 8.

1585 יִתְלַחֲשׁוּ Jith-la-hhashú] *mussitabunt*, Targ. מְמַלְלִין בַּחֲשַׁי *loquuntur tacitè.* LXX. ἐψιθύριζον *susurrabunt.* A לָחַשׁ *mussitavit, submissè, clanculum locutus est, susurravit.* Fut. plur. Hithpah. absorpto dagesh.

Vers. 9.

1586 יָצוּק Ja-tsúk] (Verbum Belial) Targ. יִתִּיךְ *adhærebit illi.* LXX. κατέθεντο *constituerunt adversum me*, (q. יָצַג à יַצִּיגוּ *constituit.*) A צוּק *adhærere.* Fut. Kal, ut paulò ante Num. 1583.

1587 לָקוּם La-kúm] *ad surgendum.* Infinit. Kal, קוּם *surgere*, cum ל notâ Gerundii, quòd ante monosyllabam gestat (ָ) R. 80. Cum Affixo, *Sedere meum* וְקוּמִי *& surgere meum*, Ps. 139. 2.

Vers

Vers. 10.

1588 עָקֵב Ya-kébh] (magnificavit contra me) *calcaneum*. A עָקַב *curvum esse*, Nom. m. עָקֵב *calx, calcaneum*, ultima pars pedis à curvitate, vestigium. Plur. עֲקֵבִים Cum Affix. *Iniquitas* עֲקֵבַי *calcium meorum circumdabit me*, Psal. 49. 6. i. e. finis operum meorum, vel pedum meorum, qui ad malum currunt. *Observant* עֲקֵבַי *vestigia mea*, Ps. 56. 7. Targ. אסְתְוָרַי *semitas meas*.

Vers. 11.

1589 וַהֲקִימֵנִי Va-haki mé-ni] *& erige me*. A קוּם in Hiph. R. 58. הֵקִים *stare fecit*, i. e. *erexit, constituit, confirmavit*. Imper. Hiph. הָקִים vel הָקֵם *stabili*, Psal. 119. 38. Cum Affix. mutat (ֵ) in (ֲ) quod punctuat præcedentem; וַהֲקִימֵנִי

Ver 12.

1590 יָרִיעַ Ja-ríaע] (non) *triumphabit*, LXX. ἐπιχαρῇ *gaudebit*. Ab רוּעַ (suprà Num. 1138.) *clanxit, triumphavit*. Fut. Hiph. R. 58. יָרִיעַ *clanget*, נָרִיעַ *clangemus*, Psal. 95. 2. & cum ה parag. נָרִיעָה Ibid. v. 1. Targ. נְיַבֵּב *vociferabimur*. LXX. ἀλαλάζωμεν *jubilemus*.

Vers. 13.

1591 תָּמַכְתָּ Ta-mách-ta] *sustinuisti*. A תָּמַךְ *tenuit, sustinuit, sustentavit*. Præt. Kal, in tertia fœm. תָּמְכָה *sustentavit dextra mea*, Psal. 63. 9. In secunda, תָּמַכְתָּ LXX. ἀντελάβου *suscepisti*.

1592 וַתַּצִּיבֵנִי Vat-tats-tsi-bhé-ni] *& constituisti me*. LXX. καὶ ἐβεβαίωσάς με *& confirmasti me*. A יָצַב *stetit*. In Hiph. mutato (י) in dagesh, R. 69. n. 1. הִצִּיב *stare jussit, statuit, constituit*. In secunda pers. Fut. תַּצִּיב *constitues*: Cum Affix. & ו Convers. וַתַּצִּיבֵנִי *& constituisti me*. In tertia, וַיַּצֶּב־ *& constituit*, Psal. 78. 13. cum (ֶ) ob Maccaph, R. 134.

Vers. 14.

1593 אָמֵן וְאָמֵן *Amen & Amen*. LXX. γένοιτο γένοιτο *fiat fiat*, וְיֵימְרוּן צַדִּיקַיָּא אָמֵן אָמֵן *Et dicant justi Amen Amen*. Ab אָמַן in Niph. נֶאֱמַן *verax, verus, fidus, firmus, constans, stabilis fuit*. Nom. formæ masc. absq; plur. אָמֵן *veritas, fides, firmitas, certitudo*: sæpius transit in fidentis & assentientis particulam, cum post preces, benedictiones, aut etiam imprecationes approbantes harum veritatem & optantes successum, dicimus *Amen*. i. e. *faxit Deus*, firmum, ratum, certum sit hoc &c. prout explicatur, Jer. 28. 6. *dixit Jeremias Propheta* אָמֵן *Amen, sic faciat Dominus, confirmet Dominus verba tua*. Geminatur interdum ad majorem Emphasin, *Amen Amen*: quibus duabus vocibus clauditur hîc liber primus Psalmorum.

ספר שני

LIBER SECUNDUS.

PSALMUS XLII. מב

1593 לִבְנֵי־קֹרַח Libh-ne-kó-rahh] *filiis Core.* קֹרַח q. *calvus* (à קָרַח *decalvavit*) fuit Levita, qui excitatâ seditione, unâ cum suis complicibus à terra absorptus est. *Filii autem Core* (Asir, Elkana & Abiasaph) *mortui non sunt,* Num. 26. 10. quoniam in seditione se à patre segregârunt, ideóque impii parentis pœnam non luerunt. Horum posteris, ordinem & locum inter Cantores & Custodes Templi fuisse, ex 1 Chron. 26. constat: ac nomen illorum in titulis novem Psalmorum præfigitur.

Vers. 2.

1594 תַּעֲרֹג Ta-yarógh] *Sicut cervus*, (suprà Num. 832.) *glocitat* siti affectus, vehementer expetit aquam. Targ. מְרַגֵּג & LXX. ἐπιποθεῖ *desiderat.* A עָרַג *clamavit, mugiit,* bestiarum est: de cervis, *glocitavit.* Legitur bis tantùm in SS. ídque in tertia pers. fœm. Fut. Kal, h. l. & Joel 1. 20. תַּעֲרוֹג ubi guttural. punctuat se & præcedentem.

Vers. 3.

159: צָמְאָה Tsa-meá] *Sitivit* anima mea. A צָמֵא *sitivit,* Tertia pers. fœm. Præt. Kal, צָמְאָה *sitivit ad te anima mea,* Psal. 63. 2.

Vers. 4.

1596 בֶּאֱמֹר Be-emór] *in dicendo,* i. e. cum dicunt. Ab אָמַר *dixit,* Gerund. Kal, בֶּאֱמוֹר ubi ב nota Gerund. R. 41. gestat (ֶ) ob sequens (ֱ) R. 13. לֵאמֹר *dicendo,* Psal. 71. 11. contractè pro לֶאֱמֹר R. 82. Cum Affix. בְּאָמְרָם *in dicendo eos,* Psalm. 42. 11. i. e. dum dicunt illi, ex אֱמֹר mutato ו in (ָ) R. 98.

1597 אַיֵּה Aj-jé] *ubi* Deus tuus? אַיֵּה *ubi,* particula interrogativa loci & rei. אַיֵּה חֲסָדֶיךָ *ubi miserationes tuæ?* Psalm. 89. 50.

Vers. 5.

1598 וְאֶשְׁפְּכָה Veesh-pechá] *& effudi super me animam meam,* i. e. laxavi menti habenas, ut pro libito indulgeat dolori & lacrymis. A שָׁפַךְ *fudit, effudit.* Fut. Kal, אֶשְׁפּוֹךְ *effundam,* Cum ה parag. mutato ו in (ְ) R. 119. אֶשְׁפְּכָה In tertia pers. יִשְׁפּוֹךְ *effundet,* Psal. 102. 1.

1599 אֶעֱבֹר E-yebhór] (quando) *transibo.* A עָבַר *transivit,* suprà Num. 688. Fut. Kal, in prima pers. אֶעֱבוֹר cum (ֱ) In reliquis pers. cum (ֲ) תַּעַבְרְנָה *transiverunt,* Psal. 81. 7.

1600 בַּסָּךְ Bas-sach] *cum frequentia:* in comitatu magno ad festa ascendentium peditum. LXX. ἐν τόπῳ σκηνῆς *in loco tabernaculi:* legerunt בַּסֹּךְ *in tabernaculo.* A סוּךְ *unxit,* in Pih. *miscuit,* ut unguenta solent misceri, Nom. סָךְ *turba mixta, frequentia populi.* Legitur h. l. tantùm in SS. ídq; cum Præfixo.

Præfixo בְּסָךְ *in ipsa turba.* excluso ה Emphat. Marinus putat fuisse nomen proprium loci parum à templo distantis: *Quando transibam in* (per) *Saccum.*

1601 אֶדַּדֵּם Ed-dad-dém] *incedam cum eis.* LXX. in loco tabernaculi θαυμαστῆς *admirabilis,* quâ ratione nescio, nisi forte legerint אַדִּרִם *magnifici, admirabiles.* A דָּדָה *sensim, pedetentim incessit, ambulavit,* molliorem gressum notat. Legitur bis tantùm in SS. ídque in Fut. Hithp. אֶדַּדֶּה *deambulabo,* Esa. 38. 15. pro אֶתְדַּדֶּה absorpto ת characteristico, R. 47. n. 2. Et cum Affixo excluso ה, R. 104. אֶדַּדֵּם pro אֶתְדַּדֶּה עִמָּם *deambulabo cum eis.*

1602 חוֹגֵג Hho-ghégh] (cum multitudine) *festum celebrantis.* Targ. *cum populis* דְּאָתַיִן לְמֵחַג *qui veniunt ad celebrandum festum.* Ab חָגַג *festum celebravit, tripudiavit,* Ben. Kal. Vide Num. 1449.

Vers. 6.

1603 תִּשְׁתּוֹחֲחִי Tish-to-hhahhí] (Quare) *prosternis te.* A שָׁחַח suprà Num. 523. Fut. Hithpah. per metathesin ש & ת, R. 47. n. 1. & ו loco dagesh, R. 72. fitque in secunda pers. fœm. תִּשְׁתּוֹחֲחִי pro תִּתְשַׁחֲחִי Et in tertia fœm. *Anima mea* תִּשְׁתּוֹחָח *prosternit se,* vers. 7. cum (ָ) ob pausam.

1604 הוֹחִלִי Ho-hhí-li] *spera.* A יָחַל *speravit, expectavit*: in Hiph. mutato (ִי) in ו, R. 57. הוֹחִיל idem. Imper. Hiph. הוֹחֵל *expecta,* in fœm. הוֹחִילִי & cum defectu (ִי) הוֹחִלִי

Vers. 7.

1605 יַרְדֵּן Jar-dén] (è terra) *Jordanis.* Nomen fluvii, q. יְאֹר דָּן *fluvius Dan,* quòd juxta urbem Dan ex fonte sub Libano oriatur. Vel q. יוֹרֵד מִדָּן *descendens ex Dan.* Vel simpliciter à יָרַד *descendit,* cum ן Heemanth. יַרְדֵּן ob decursus aquarum, quæ tempore messis, nivibus ex Libano resolutis, ripas ejus implent. Hunc olim Israelitas sicco pede transiisse, legimus Jos. 3. unde Psal. 114. 3. הַיַּרְדֵּן *Jordanis convertit se retrorsum.*

1606 וְחֶרְמוֹנִים Vehher-mo-ním] *& Hermonim*: est tumor quidam inter Tabor & Hermon. חֶרְמוֹן autem (ab חֵרֶם *anathema*), est mons Arabæorum altissimus, in quo semper conspiciuntur nives: ideóq; Chald. appellat eum טוּר תַּלְגָּא *montem nivis,* Deuter. 3. & Cant. 4. Sidoniis vocantur שִׂרְיוֹן *Shirjon,* & שִׂיאוֹן *Shion*; Emorrhæis שְׂנִיר *Shenir.* Deut. 3. & 4. Situs erat ad orientem terræ Canaan, ideóque pro *oriente* accipitur, Psal. 89. 13. *Aquilonem & meridiem tu creasti, Tabor* וְחֶרְמוֹן *& Hermon in nomine tuo jubilabunt,* Targ. וְחֶרְמוֹן דִּי בְּמַדִּנְחָא *& Hermon qui est in oriente.*

1607 מִצְעָר Mits-ýár] (ex monte) *pusillo.* A צָעַר *parvus, pusillus fuit.* Nom. m. sine pl. מִצְעָר *parum, pusillum, modicum, res parva.* Quinquies legitur in SS.

Vers. 19.

1608 קוֹרֵא Ko-ré] (*Abyssus in abyssum*) *clamans est* i. e. clamat. Vide suprà Num. 1306. Ben. Kal, à קָרָא *clamavit.*

1609 צִנּוֹרֶיךָ Tsin-no-ré-cha] (ad vocem) *canalium tuorum,* i. e. nubium tuarum, (poeticè) nempe ad sonitum afflictionum & angustiarum, quæ veniunt supernè sicut aquæ tectorum è fistulis. Targ. *Abyssus superior abys-*

byssum inferiorem invocat, in voce stillationum canalium tuorum. LXX. *in voce cataractarum tuarum*: est a cataracta locus abruptus & præceps in flumine, unde aqua ruit potiùs quàm fluit. Ab inusitato צָנַר Nom m. צִנּוֹר *canalis, fistula,* per quam dilabitur aqua è tegulis aut è tecto. Legitur bis in sacro eloquio, 2 Sam. 5. 8. in singul. & h. l. in plur. cum Affixo.

1610 מִשְׁבָּרֶיךָ Mish-ba-ré-cha] *collisiones tuæ,* i. e. fragores tui. LXX. οἱ μετεωρισμοί σου *excelsa tua*: fortè legerunt מַשְׂגָּבֶיךָ *exaltationes tuæ.* A שָׁבַר *fregit,* Nom. m. Heemanth. מִשְׁבָּר *fractio, fractura, collisio*: It. *fluctus,* qui in tempestatibus maris colliduntur: *fragor maris,* quem edunt fluctus inter se collisi. In plur. מִשְׁבָּרִים In Regim. מִשְׁבְּרֵי יָם *fluctus maris,* Psal. 93. 4. Cum Affix. *Et omnibus* מִשְׁבָּרֶיךָ *fracturis tuis afflixisti,* Psal. 88. 8. elatione maris, ob collisionem fluctuum edidisti vocem.

1611 וְגַלֶּיךָ Veghal-lé-cha] *& fluctus tui.* A גָּלַל *volvit, convolvit,* Nom. defectiv. גַּל *acervus,* lapidum convolutorum; sed in plur. usurpatur etiam de *fluctu maris,* quòd sit unda convoluta æstuante mari. Ideóque assumpto dagesh, R. 125. facit גַּלִּים Cum Affix. גַּלֶּיךָ *fluctus tui,* גַּלָּיו *ejus,* גַּלֵּיהֶם *eorum.*

Vers. 9.

1612 יְצַוֶּה Jetsav-vé] *mandabit* misericordiam suam, i. e. submittet mihi. A צִוָּה *jussit, præcepit, mandavit,* Fut. Pihel יְצַוֶּה *præcipiet*: & per apocopen, R. 67. וַיְצַו *& præcepit,* Psalm. 78. 23. cum ו Convers. pro וַיְצַוֶּה R. 20.

Vers. 10.

1613 בְּלַחַץ Belá-hhats] *in pressura* inimici. LXX. ἐν τῷ ἐκθλίβειν *dum affligit me inimicus.* q. esset Infinit. Pihel. A לָחַץ *coarctavit, pressit, oppressit.* Nom. m. sine plur. לַחַץ *pressura.* 8 legitur in SS. Cum Affix. mutato posteriori (ַ) in (ֲ) R. 121. *Oblivisceris afflictionis nostræ* וְלַחֲצֵנוּ *& oppressionis nostræ,* Ps. 44. 25.

Vers. 11.

1614 בְּרֶצַח Beré-tsahh] *In occisione in ossibus meis, exprobrant me inimici mei.* i. e. inimicorum meorum convicia, occisionem meam existimo; graviora sunt quàm confractio ossium meorum: elegans Hebraismus. LXX. ἐν τῷ καταθλᾶσθαι *dum confringat ossa mea, exprobraverunt mihi.* Legerunt in Infinit. Kal. בִּרְצֹחַ *in occidendo.* A רָצַח *occidit.* Nom. m. רֶצַח *occisio.* Legitur bis in SS. Ezec. 21. 22. h. l. Verùm h. l. Interpretes sumunt pro *gladio,* instrumento occisionis: ut sensus sit: בְּרֶצַח *cum gladio in ossa mea* sc: penetrant, & sic Kimchi. Targ. R. Salom. & Ab. Ezra, *quasi occisio, transfixio, & vulneratio est,* legerunt כְּרֶצַח

1615 חֵרְפוּנִי He-rephú-ni] *probro affecerunt me.* Ab חָרַף *probro affecit, carpsit;* (sc: ab ipsa Hebr. voce) Præt. Pih. חֵרֵף (pro. חִרֵּף excluso dagesh, R. 19.) idem in Plur. חֵרְפוּ *probro affecerunt.* Cum Affix. חֵרְפוּנִי *probro affecerunt me,* Psalm. 102. 9. חֵרְפוּךָ *te* Psalm. 79. 12.

PSALMUS XLIII. מג

Vers. 2.

1616 זְנַחְתָּנִי Zenahh-tá-ni] (quare) *repulisti me.* Præt. Kal, à זָנַח *repulit, re-*

jecit: notat elongationem alicujus rei ob fastidium. In secunda pers. זְנַחְתָּ Targ. רַחֲקְתָּא *removisti in finem?* Psal. 74. 1. Cum Affix. correpto (ָ) primæ syllabæ in (:) זְנַחְתָּנִי *removisti me*, abominatus es. זְנַחְתָּנוּ *nos*, Psalm. 60. 3.

Vers. 3.

1617 שְׁלַח She-láhh] *Mitte.* Imper. Kal, à שָׁלַח *misit, emisit.*

1618 יְבִיאוּנִי Jebhi-ú-ni] *deducant me.* A בּוֹא *venire*, Hiph. הֵבִיא *fecit venire*, i. e. duxit, deduxit. Fut. Hiph. יָבִיא R. 58. & cum defectu (ִ) יָבֵא *attulit*, Psal. 78. 29. Cum ו convers. וַיָּבֵא *& venire fecit*, Psal. 105. 40. Cum Affix. mutato (ֵ) in (:) וַיְבִיאֵם *& adduxit eos*, Psal. 78. 54. In plur. וְנָבִיא *& inducamus*, Psalm. 90. 12. יְבִיאוּ *deducent*, Cum Affix. יְבִיאוּנִי

וְאֶל־מִשְׁכְּנוֹתֶיךָ *& ad habitacula tua.* Targ. וּלְמִדְרְשֵׁי בֵּית שְׁכִינְתָּךְ *& in scholas domus majestatis tuæ.*

Vers. 4.

1619 גִּילִי Gi-lí] (gaudium) *lætitiæ meæ.* LXX. *qui lætificat* τὴν νεότητά μου *juventutem meam:* acceperunt ex significatione Arabica. A גּוּל *exultare*, m. sine plur. גִּיל *exultatio, lætitia.* Octies legitur in SS. aliâs גִּיל est Imperat. Hiph. ut dictum Num. 111. Cum Præf. וָגִיל *& exultatio*, בְּשִׂמְחָה וָגִיל *cum gaudio & lætitia*, Ps. 45. 16. ubi ו cum (ָ) R. 78. Cum Affix. גִּילִי *exultatio mea.*

PSALMUS XLIV מד

Vers. 2.

1620 סִפְּרוּ Sip-peru] *narrarunt.* A סָפַר *enarravit*, dicta aut facta *numeravit.* Præt. Pih. סִפַּרְתִּי *enumeravi*, סִפְּרוּ *numerarunt.*

1621 קֶדֶם Ké-dhem] (in diebus) *antiquitatis.* A קָדַם *anticipavit*, Nom. m. קֶדֶם *tempus & locus anterior.* Pro tempore Latin. exprimitur per *prius, ante, seculum, antiquitas, olim.* Pro loco, *Oriens*, quòd sit occidente prior. Cum Præfix. *Eloquar ænigmata* מִקֶּדֶם *à seculo*, Psalm. 78. 2. אָחוֹר וָקֶדֶם *retrò & ante*, Ps. 139. 5. ubi ו cum (ָ) R. 78.

Vers. 3.

1622 הוֹרַשְׁתָּ Ho-rásh-ta] *expulisti.* A יָרַשׁ *possedit*, in Præt. Hiph. mutato (ִ) in ו R. 57. הוֹרִישׁ *possidere fecit aliquem*, activè vel passivè, i. e. possidendum aliquid concessit: Vel, in possessionem illius bona alicujus tradidit, i. e. possessione spoliavit, ut aliò abeat *expulit*, exterminavit. In secunda pers. הוֹרַשְׁתָּ

1623 וַתִּטָּעֵם Vat-tit-ta-ע ém] *& plantasti eos.* A נָטַע quocunque modo *plantavit, firmavit*: sícque differt à שָׁתַל quod dicitur de arboribus, quæ unâ cum radice plantantur. Fut. Kal, compensato per dagesh, R. 66. תִּטַּע *plantabis*: Cum Affix. (-) transit in (ָ) R. 121. fitque cum ו Convers. וַתִּטָּעֵם *& plantasti eos*, וַתִּטָּעֶהָ *& pl antasti eam*, Psal. 80. 9. וַיִּטְּעוּ *& plantaverunt*, Psal. 107. 37.

1624 תָּרַע Ta-ráע] *malefecisti.* Targ. תְּבַרְתְּ *confregisti* (q. à רְעַע *fregit.*) A רוּעַ in Hiph. abjecto ו R. 58. הֵרַע *malo affecit, malè tractavit*, Fut.

 Hiph.

Hiph. תָּרַע contractè pro תָּרֵעַ In pl. תָּרֵעוּ *malefaciatis*, Psl. 105. 15.

1625 וַתְּשַׁלְּחֵם Vat-teshal-lehhém] *& emisisti eos.* A שָׁלַח *misit*. Fut. Pih. quod in Psalm. flectitur sic: וָאֲשַׁלְּחֵהוּ *& emisi eum*, Psal. 81. 13. cum Affix. & ו Conversivo. תְּשַׁלַּח *emittes*, cum Affix. & ו Convers. וַתְּשַׁלְּחֵם *& emisisti eos.* יְשַׁלַּח *immittet*, cum ו Convers. וַיְשַׁלַּח *& immisit*, Psalm. 106. 15.

Vers. 4.

1626 יָרְשׁוּ Ja-reshú] *possederunt*. Præt. Kal, יָרַשׁ *jure hæreditario possedit*; in plur. יָרְשׁוּ In pausa, יָרֵשׁוּ redeunte (:) in (..) q. ex יָרֵשׁ R. 132. Cum Affixo, mutato (·) in (:) וְיִרָשׁוּהָ *& possidebunt eam*, Psal. 69. 36. sublato (:) sub (,) R. 8.

1627 רְצִיתָם Retsi-thám] *voluisti eos*. A רָצָה *voluit, benevolus fuit, complacuit*. Præt. Kal, in secunda pers. mutato ה in (,) R. 66. רָצִיתָ *benevolus fuisti*, Psal. 85. 2. Cum Affix. mutato (·) in (:) רְצִיתָם In plur. abjecto ה, רָצוּ *delectantur*, Psal. 102. 15.

Vers 5.

1628 צַוֵּה Tsav-vé] *præcipe*, Imper. Pih. à צִוָּה *præcepit, mandavit*.

Vers. 6.

1629 נְנַגֵּחַ Nenag-géahh] *cornu petemus*. A נָגַח *cornibus petiit, feriit*, est cornupetarum, metaph. de hominibus. Prima pers. pl. Fut. Pih. cum (-) Furtivo.

1630 נָבוּס Na-bhús] *conculcabimus*. A בוּס *calcare, conculcare*. Fut. Kal, formæ קוּם R. 90. יָבוּס *conculcabit*, Psl. 60. 14. נָבוּס *calcabimus*.

Vers. 8.

1631 הֱבִישׁוֹתָ Hebhi-shó-tha] *pudefecisti*, Targ. אַיְתִיתָא עֲלֵיהוֹן בַּהֲתָא *adduxisti super eos pudorem*. A בּוֹשׁ *erubuit*, aliquando est modestiæ signum. Præt. Hiph. abjecto ו R. 58. הֵבִישׁ *pudefecit, pudore affecit*. In secunda pers. assumpto ו, R. 61. הֱבִישׁוֹתָ. & cum ה parag. הֱבִישׁוֹתָה *pudore affecisti*, Psal. 53. 6.

Vers. 10.

1632 וַתַּכְלִימֵנוּ Vat-tach-li mé-nu] *& confudisti nos*. A כָּלַם *calumniari*, in Hiph. הִכְלִים *ignominiâ, damno, affecit, confudit*: semper in contemptum & de re turpi dicitur. Fut. Hiph. cum Affixo, & ו Convers.

Vers. 11.

1633 שָׁסוּ Sha-sú] *diripuerunt* sibi. Targ. כְּבַשׁוּ יָתְנָא *subjecerunt nos*. A שָׁסָה *diripuit, deprædatus est*. Præt. plur. Kal, abjecto ה R. 66. שָׁסוּ

Vers. 12.

1634 מַאֲכָל Ma-achal] (tanquam oves) *cibus*. Ab אָכַל *comedit*, Nom. m. Heemanth. sine plur. מַאֲכָל *cibus, esca.*

1635 זֵרִיתָנוּ Ze-ri-thá-nu] *dispersisti nos*. A זָרָה *sparsit, dispersit*: de personis ferè dicitur. Præt. Pih. mutato ה in (,) R. 66. & dagesh in (..) R. 19. *Semitam meam* זֵרִיתָ *dispersisti*, Psal. 139. 3. Vel per antiphras. *cinxisti*, circumdedisti. Targ. אִתְעֲבִדְתָּ חִילוֹנַי *factus es alienus*, q. à זוּר *alienus fuit*.

Vers. 13.

1636 תִּמְכֹּר Tim-cor] *Vendes*. A מָכַר *vendidit*,

vendidit, est antithet. ad קָנָה *acquisivit*. Fut. Kal, pro תִּמְכּוֹר ob Maccaph. R. 134.

1637 בְּלֹא־הוֹן Belo-hón] *sine substantia*, i. e. nihili. Targ. מִן בְּלָא מָמוֹנָא *gratis absque divitiis*.

1638 רִבִּיתָ Rib-bí-tha] (neque) *auxisti*. A רָבָה *multiplicatus, auctus fuit*, in Pih. רִבָּה *multiplicavit, auxit*. Secunda pers. Præt. mutato ה in (י) R. 66.

1639 בִּמְחִירֵיהֶם Bim-hhi-re-hém] *in preciis eorum*. Ab inusitato מָחַר fit m. מְחִיר *precium*, quod datur pro re vendita, sive sit pecunia, sive quid aliud. Plur. Cum Affixo, ubi Præfix. ב est cum (.) ob sequens (:)

Vers. 14.

1640 וָקֶלֶס Va-ké-les] (subsannationem) & *illusionem*. A קָלַס *illusit*. Nom. m. קֶלֶס *illusio*, Extat ter in SS. Jer. 20. 8. h. l. & Ps. 79. 4. וָקֶלֶס ubi ו cum (ָ) ob accentum R. 78.

Vers. 15.

1641 מָשָׁל Ma-shál] *proverbium*. LXX εἰς παραβολὴν *in similitudinem*. A מָשַׁל *dominatus est*. Nom. m. מָשָׁל *parabola, proverbium*, quòd sit dominatrix sententia, κυριακὴ γνώμη, in sermone principatum tenens. Cum Præfix. לְמָשָׁל *in parabola*, Psal 49. 5. בְּמָשָׁל *in proverbio*, Ps. 77. 2.

1642 מְנוֹד Menódh] Targ. בְּלְטוּל *motionem capitis*, gestus subsannantium. A נוּד *motus, vagatus fuit*. Nom. m. Heemanth. מָנוֹד *motio, agitatio*. Legitur h. l. tantùm in SS. idque in Regim. correpto (ָ) in (:) R. 114.

Vers. 16.

1643 כִּסָּתְנִי Kis-sáth-ni] *texit me*. A כָּסָה supra Num. 1273. Præt. fœm. R. 65. כִּסְּתָה Psal. 69. 8. ex Chaldaismo כַּסַּת Cum Affixo, כִּסָּתְנִי In prima pers. *Ad te* כִּסֵּתִי *abscondi*, Psal. 143. 9. i. e. tibi revelavi, quod homines celavi : pro כִּסִּיתִי

Vers. 17.

1644 מְחָרֵף Mehha-réph] (A voce) *probro afficientis*. Ab חָרַף *conviciatus est, probro affecit*. Part. Pih. cum (ְ) loco dagesh, R. 19.

1645 וּמְגַדֵּף U-meghad-déph] & *blasphemantis*. LXX. καὶ καταλαλοῦντος & *obloquentis*. A גִּדֵּף *blasphemavit*; gravius est quàm חֵרֵף ideóque ei postponitur. Particip. Pihel.

Vers. 18.

1646 שִׁקַּרְנוּ Shik-kár-nu] (nec) *mendaciter egimus*. LXX. οὐκ ἠδικήσαμεν & *inique non egimus*. Præt. Pih. שִׁקֵּר *mentitus est*, verbo vel reipsa *fefellit, dolosè, perfidè egit*. Prima pers. plur. שִׁקַּרְנוּ

Vers. 19.

1647 נָסוֹג Na-sógh] (non) *retroactum est* cor nostrum. A סוּג *recedere*, Pr. Niph. נָסוֹג supra Num. 1368.

Vers. 20.

1648 דִכִּיתָנוּ Dic-ki-thá-nu] *contrivisti nos*. Præt. Pih. דִּכָּה *comminuit, contudit*. Legitur tantùm in Ps. in 2da per. mutato ה in (י) R. 66. *ossa* (quæ) דִּכִּיתָ *contrivisti*, Psal. 51. 10.

1649 תַּנִּים Tan-ním] (in loco) *draconum*, ubi dracones habitant. LXX *in loco* κακώσεως *afflictionis*. Ab inusitato תָּנַן fit תַּנִּין *draco, serpens* annosus

sus (ἀπὸ τῦ δέρκειν. quòd hoc animal acutissimi visus esse credatur, unde etiam à Poetis thesaurorum custodiis præesse fingitur) tam marinus quàm terrestris. In plur. תַּנִּינִים *dracones, ceti*, & contractè תַּנִּים

1650 וַתְּכַס Vat-tecás] *& operuit*. A כָּסָה *operuit*. Fut. Pih. in tertia pers. m. יְכַסֶּה cum Affix. mutato ה in (י) quiesc. יְכַסֵּימוֹ *obteget eos*, Psal. 140. 10. In tertia fœm. תְּכַסֶּה Cum ו Convers. apocopato ה, R. 57. וַתְּכַס *& texit* Ps. 136.17. Cum Affix. abjecto ה, R. 103. וַתְּכַסֵּנִי *& texit me*, Ps. 55.6. In pl. וַיְכַסּוּ *& operuerunt*, Ps. 106.10.

Vers. 21.

1651 וַנִּפְרֹשׂ Van-ni ph-rós] *& expandimus*. A פָּרַשׂ *expandit, extendit*, Fut. Kal, prima pers. plur. cum ו Convers.

1652 זָר Zár] (ad Deum) *alienum*. A זוּר *alienari*, Nom. participiale Kal, זָר *alienus*, tam à cohabitatione, quàm etiam à conjunctione sanguinis & religionis. Plur. זָרִים *alieni, peregrini*, Psal. 54. 5.

Vers. 22.

1653 יַחֲקָר־ Ja-hhakor] *perscrutabitur?* Ab חָקַר *scrutatus, perscrutatus est*, abstrusa *inquisivit*. Fut. Kal, essétque יַחֲקוֹר at ob Maccaph, est (ֹ) R. 134.

1654 תַּעֲלֻמוֹת Ta-ỵalu-móth] *abscondita cordis*. A עָלַם *abscondit*, Nom. fœm. Heemanth. תַּעֲלֻמָה *absconditum*, plur. תַּעֲלֻמוֹת Legitur ter in SS.

Vers. 23.

1655 הוֹרַגְנוּ Ho-rágh-nu] super te (tui causâ) *occidimur*) Ab הָרַג *occîdit, interfecit*. Præt. Pyhal הוֹרַג *occisus, interfectus fuit*. Legitur bis in SS. Esa. 27.7. הוֹרַג pro הֹרַג excluso dagesh, R. 19. & h. l. in prima pl. הוֹרַגְנוּ

1656 נֶחְשַׁבְנוּ Nehh-shábh-nu] *æstimamur*. Ab חָשַׁב *cogitavit, reputavit, æstimavit*. Præt. Niph. נֶחְשַׁב *æstimatus fuit*, & contractè נֶחְשַׁב R. 14. In prima sing. נֶחְשַׁבְתִּי *æstimatus fui*, Psal. 88. 5. sic in prima pl. נֶחְשַׁבְנוּ

1657 טִבְחָה Tibh-hhá] (ut pecus) *mactationis*, Targ הֵיךְ עָנָא דִּמְסִיר לְנִכְסָא *sicut ovis tradita mactationi*. A טָבַח *mactavit*. Nom. fœm. טִבְחָה *mactatio*. Occurrit ter in SS.

Vers. 24.

1658 הָקִיצָה Ha-kí-tsa] *expergiscere*. A קוּץ in Hiph. הֵקִיץ *expergefactus fuit*, suprà Num. 151. Imper. Hiph. הָקִיץ cum ה parag.

1659 תִּזְנַח Tiz-náhh] (ne) *elonges te*. A זָנַח suprà Num. 1616. Fut. Kal, תִּזְנַח *rejicies*, Psal. 88. 15. יִזְנַח *repellet*, Psalm. 77. 8.

Vers. 26.

1660 שָׁחָה Shá-hha] *incurvata est* anima nostra. A שׁוּחַ *incurvavit, prostravit se*. Præt. Kal, שַׁח R. 59. in fœm. שָׁחָה Quidam putant esse ipsum thema שָׁחָה sed obstat accentus: nam *in Quiescent. primâ, accentus adhæret primæ radicali: in Quiescent. tertiâ, secundæ*.

1661 דָּבְקָה Da-bheká] *hæsit* ad terram venter noster: qui n. cadit, incũbit manibus suis, atq; ita terræ vẽter adhærescit. Targ. דִּבְקַת לְאַרְעִית גּוּבָא כְּרֵיסָנָא *adhæsit fundo foveæ venter noster*: Præt. Kal, à דָּבַק *hæsit, adhæsit*. In fœm. דָּבְקָה In prima sing. דָּבַקְתִּי *adhæsi*, Psal. 119. 31.

Vers. 27.

1662 עֶזְרָתָה Yez-rá-tha] *præsentissimum auxilium*. A עָזַר *auxiliatus est*. Nom. fœm. עֶזְרָה *auxilium*, & in

in forma Emphat. cum duplici signo fœm. עֶזְרָתָה *plenissimum auxilium.* Legitur solummodo in Psalm. idque ter. h. l. & 63. 8. & 94. 17. Vide supra Num. 135.

PSALMUS XLV. מה

1663 שֹׁשַׁנִּים Shc-shan-ním] (super) *hexachorda*: ut scil: instrumento musico quod sex chordis constat accommodaretur. Targ. יָתְבֵי סַנְהֶדְרִי *qui sedent in consilio Mosis.* q. ש esset ex אֲשֶׁר & שָׁ׃ים pro *doctoribus* & magistris Judæorum, qui Græcè *δευτερωταὶ appellabantur*, à שָׁנָה *alterare, iterare.* LXX. ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων *pro his qui commutabuntur.* i. e. carmen ἀμοιβαῖον alternis decantatum, immutatis cantoribus: respexerunt ad שָׁנָה *mutavit*, שׁוֹנִים *variantes*, qui mutant. A שֵׁשׁ *sex*, fit שׁוֹשָׁן & שׁוּשַׁן *hexachordum*, . It. *lilium*, quod sex foliis constat. Et alia forma שׁוּשָׁן Ps. 60. 1. *super* שׁוּשַׁן עֵדוּת *lilio testimonii*, monile factum instar lilii. In pl. assumpto dagesh euphonico, R. 18. fit שׁוֹשַׁנִּים

1664 יְדִידֹת Jedhi-dhóth] (canticum) *amorum.* Epithalamium carmen, quo mutuus conjugum amor describitur. LXX. ὑπὲρ τȣ ἀγαπητȣ *pro dilecto.* Nom. radicale יָדִיד *dilectus.* Cum Affix. לִידִידוֹ *dilecto suo*, Psal. 127. 2. sublato (:) sub (י) ob præcedens (.) R. 8. Plur. יְדִידִים Cum Affix. יְדִידֶיךָ *dilecti tui*, Ps. 60. 7. In fœm. יְדִידָה *dilecta*, plur. יְדִידוֹת *dilecta*, Ps. 84. 2.

Vers. 2.

1665 רָחַשׁ Ra-hhásh] *Eructavit* vel *ebullivit* cor meum: notat cordis locutionem, cum nondum ad os pervenit, egressum quærens. Præt. Kal, רָחַשׁ *eructavit*, It. præ calore & fervore *ebullivit*, ut fit in patella. Legitur h. l tantùm in SS.

1666 עֵט Yét] (lingua mea est) Targ. קוּלְמוֹס *calamus*, s. *stylus.* Sicut scriba manu celeri verba dictantis excipit; sic lingua, ebullientis cordis conceptus promptissimè effert. A עִיט *volatile, avis.* Nom. m. sine plur. עֵט *penna avis, calamus, stylus.* Extat 4. in SS.

1667 סוֹפֵר So-phér] *scribæ.* A סָפַר ore vel scripto *recensuit*, Nom. Participiale Kal, סוֹפֵר *scribens, scriba.*

1668 מָהִיר Ma-hír] *velocis.* A מָהַר *festinavit*, Nom. m. מָהִיר *festinus, velox, expeditus, promptus.*

Vers. 3.

1669 יָפְיָפִיתָ Joph-ja-phí-tha] *Pulcherrimus es.* Tar. שׁוּפְרָךְ מַלְכָּא עֲדִי׳ מִבְּנֵי נָשָׁא *pulchritudo tua, ô Rex* (Messia) *superat filios hominis.* LXX. ὡραῖος κάλλει *speciosus forma præ filiis hominum.* A יָפָה *pulcher, formosus, speciosus fuit.* Præterit. Composit. ex Pyhal & Kal, Ex Pyhal est יָפְ R. 45. ex Kal, mutato ה in (י) R. 66. יָפִיתָ quâ compositione notatur summa personæ pulchritudo. *Cum enim prima & secunda thematis geminatur* (notante Ab. Ezra) *fit hoc ad incrementum significationis: cum verò secunda & tertia, ad diminutionem.*

1670 הוּצַק Hu-tsák] *diffusa est.* A יָצַק *fudit, effudit, diffudit.* Præter. Hoph. mutato (י) in ו R. 57. הוּצַק *fusus fuit.*

1671 חֵן Hhén] *gratia* in labiis tuis, scil: dotes illæ animi & corporis, quibus favor & benevolentia omnium conciliatur, ut Prov. 3. 22. *gratia gutturi,*

turi tuo, & cap. 31. 3. *mendacium* (est) *gratia*, (forma) Ab חָנַן *gratiosus fuit*. Nom. m. sine plur. חֵן *gratia, favor, suavitas* tam animi quàm corporis.

Vers. 4.

1672 חֲגוֹר Hhaghór] *Accinge* gladium. Ab חָגַר *cinxit, accinxit*. Imper. Kal.
1673 יָרֵךְ Ja-réch] (super) *femur* ô Heros. Nom. radicale יָרֵךְ *femur* cum dici tur de hominibus: *latus* de aliis reb us. In fœm. יַרְכָה in Duali, mutato ה in ת R. 30. יַרְכָתַיִם unde in Regim. יַרְכְּתֵי *latera* septentrionis, Psal. 48. 3. בְּיַרְכְּתֵי *in lateribus* domus tuæ, Psal. 128. 3.

Vers. 5.

¶ וַהֲדָרְךָ *Et decore tuo*. i. e. gladio accinctus. LXX. καὶ ἔντεινον *& intende*: legerunt aliis punctis, וְהַדְרֵךְ *fac intendere*, à דָּרַךְ *arcum intendit*.
1674 צְלַח Tseláhh] *prospere age*. A צָלַח *prospere egit*, Imper. Kal.
1675 רְכַב Rechábh] *equita* super verbum veritatis: i. e. prodeas hac virtute ornatus in conspectum populi. Vel sic: *Prospere equita, propter veritatem*, &c. ut verbum prius adverbiascat R. 41. n. 2. A רָכַב *equitavit*, Imperat. Kal.

¶ וְעַנְוָה צֶדֶק *& mansuetudinis* (&) *justitiæ*. Vide suprà Num 840. Vel potest esse Imperativ. Kal, cum ה parag. mutato ה radicali in ו mobile, à עָנָה *respondit, prolocutus est*, וְעַנְוָה *& proloquere justitiam*.
1676 נוֹרָאוֹת No-ra-óth] (& docebit te) *terribilia* dextra tua, i. e. mirabiles & terribiles progressus regni tui videbis, in magnificis operibus promovendis. A יָרֵא *timuit*, Part. Niph. mutato (ּ) in ו, R. 56. נוֹרָא *terribilis, timendus*, וְנוֹרָא *& terribilis*, Psalm. 89. 8. Plur. fœm. נוֹרָאוֹת *terribilia*, Psal. 65. 6. Cum Affix. *Et robur* נוֹרְאוֹתֶיךָ *terribilium tuorum*, Psal. 145. 6.

Vers. 6.

1677 שְׁנוּנִים Shenu-ním] (sagittæ tuæ) *acutæ*, sc: ad transfigendum *in cor inimicorum regis*, i. e. tuorum, ut *populi sub te cadant*. A שָׁנַן *acuit*, Pahul Kal, שָׁנוּן *acutus, a, um*. Plural. שְׁנוּנִים Psal. 120. 4.

Vers. 7.

1678 מַלְכוּתְךָ Mal-chu-thé-cha] (sceptrum) *regni tui*. A מָלַךְ *regnavit*, Nom. fœm. מַלְכוּת *regnum*. Cum Affix. מַלְכוּתְךָ (in pausa מַלְכוּתֶךָ) *regnum tuum*, מַלְכוּתוֹ *ejus*, וּמַלְכוּתוֹ *& regnum ejus*.

Vers. 8.

1679 וַתִּשְׂנָא Vat-tis-ná] *& odio habuisti* iniquitatem. A שָׂנֵא *odio habuit*, Fut. Kal, R. 64. cum ו Convers.

מְשָׁחֲךָ Mesha-hha-chá] (propterea, i. e. eum in finem) *unxit te*. Targ. רַבְּיָךְ *constituit te Dominum*. Præt.
1680 Kal, à מָשַׁח *unxit*, ubi ob Affix. (ָ) transit in (:) R. 114. & (ַ) in (ָ) R. 121. In prima pers. מְשַׁחְתִּיו *unxi eum*, Psal. 89. 21.
1681 שָׂשׂוֹן Sa-són] (oleo) *lætitiæ*, vel gaudii, cujus symbolum erat: ideóq; in conviviis usurpabatur, nunquam in luctu, Ps. 104. 15. *ad exhilarandum faciem oleo*. A שׂוּשׂ *gavisus, lætatus fuit*. Nom. Heemanth. formatum per וֹן, שָׂשׂוֹן *gaudium, lætitia*. בְּשָׂשׂוֹן *in lætitia*, Psal. 105. 43. In Regim. correpto (ָ) in (:) R. 114. שְׂשׂוֹן *gaudium salutis tuæ*, Ps. 51. 14.
1682 מֵחֲבֵרֶיךָ Me-hhabhe-ré-cha] *præ sociis*

sociis tuis. Targ. יַתִּיר מִן חַבְרָךְ *magis quàm socios tuos*. Ab חָבַר *associavit*, de quocunq; societatis s. communionis genere dicitur. Nom. m. חָבֵר *socius*, Plur. חֲבֵרִים cum Affixo.

Vers. 9.

1683 מֹר Mór] *Myrrha*. A מָרַר *amarus fuit*, Nom. m. sine pl. מֹר *myrrha* (sc. ab ipsa Hebr. voce) quæ est amara. Hîc ob odorem, cum aliis aromatibus jungitur.

1684 וַאֲהָלוֹת Va-ahalóth] *& aloe*. Tar. אַקְסֵי אַלְוָאִין idem quod Græc. ξυλοαλοη. *Lignum aloes*. Ab אָהַל *tentorium extendit*, Nom. pl. fœm. אֲהָלוֹת *aloe* (etiam ab ipsa Hebr. voce) non quòd ramos, sed quòd odorem latiùs extendat.

1685 קְצִיעוֹת Ketsi-yóth] *cassiæ, omnia vestimenta tua*, sc: suaveolentia, ad instar eorum aromatum. A קָצַע *abrasit*. Nom. fœm קְצִיעָה *cassia*, (nomen ab ipsa Hebr. voce) cortex odoratus (non autem fistula cassia) ab abradendo. Legitur h. l. tantùm in SS.

Vers. 10.

1686 בְּיִקְּרוֹתֶיךָ Bik-kero-thé-cha] (*Filiæ regum*, habitu, incessu, & educatione filias regum referentes) in *pretiositatibus tuis*: quoniam scil: in pretiosissimum comitatum sponsæ cooptatæ fuerunt. A יָקַר *pretiosus fuit*, Nom. fœm. יְקָרָה *pretiosum, res pretiosa*. Plur. יְקָרוֹת Cum Præfixo esset בִּיקָרוֹת at more Syrorum (.) trajicitur ad præcedentem literam, R. 143. fitque cum Affix. בְּיִקְּרוֹתֶיךָ (quod *Gregor. Mayer* non animadvertens, ait esse erratum in punctis.)

1687 נִצְּבָה Nits-tsebhá] *collocata est*. Præt. Niph. vide suprà Num. 1534.

1688 שֵׁגַל She-ghál] *conjux*. LXX. ἡ βασίλισσα *regina*. Nom. radicale שֵׁגַל legitur bis, h. l. & Neh. 2. 6. & dicitur tantùm de Augusta sive Regina.

1689 אוֹפִיר Ophír] (in auro) *Ophir*. ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ *in vestitu deaurato*. אוֹפִיר nomen regionis cujusdam Indiæ, auri pretiosi ditissimæ, 1 Reg. 9. 28. cujus aurum *obryzum* q. *ophirizum* i. e. præstantissimum dictum est.

Vers. 11.

1690 וְשִׁכְחִי Veshich-hhi] *& oblivi scere* populi tui, & domus patris tui, i. e. morum patriæ & rituum. A שָׁכַח *oblitus est*, Imper. fœm. Kal, שִׁכְחִי

Vers. 12.

1691 וְיִתְאָו Vejith-áv] *Et desiderabit*. Ab אָוָה *concupivit, valdè desideravit*. Fut. Hithpah. per apocopen, R. 67. pro יִתְאַוֶּה In tertia plur. cum ו Convers. וַיִּתְאַוּוּ *& valdè appetiverunt* Psal 106. 14.

1692 יָפְיֵךְ Joph-jéch] *pulchritudinem tuam*. A יָפָה *pulcher, formosus fuit*. Nom. m. sine plur. יֳפִי *pulchritudo, formositas, decor*: est formæ פְּרִי ideóque cum Affix. mutat (.) in (:) R. 123. & (ּ) amittit suum (:) R. 15. In pausa autem transit in ׳, R. 132. ut, מִכְלַל יֹפִי *perfectio pulchritudinis*, Ps. 50. 2.

Vers. 13.

1693 צֹר Tsor] Et filia) *Tyri*. Targ. *habitatores arcis Tyri*. Vide suprà Num. 461. A צוּר *petra*, Nom. fœm. urbis Phœnicum nobilissimæ צֹר vel צוֹר *Tyrus*, quòd in petra esset extructa: olim insula 700. passibus divisa à continente: sed ab Alexandro comporta-

tis aggeribus, continenti fuit adunata, ac tandem aquis marinis obruta, juxta vaticinium, Ezech. 26. Singulos ejus cives Esa. dicit fuisse q. totidem principes, cap. 23. unde quidam nomen *Tyranni* ductum volunt. Veteribus dicebatur *Sarra* & *Sora*, ab ipsa scil: Hebr. voce: quemadmodum & Latinis *Tyrus*, commutatâ literâ Dentali in Lingualem.

1694 יְחַלּוּ Jehhal-lú] faciem tuam) *deprecabuntur*. Targ. יִשְׁחֲרוּן *quærent*. Ab חָלָה *doluit, ægrotavit*: constructum cum פָּנִים *faciem alicujus placavit, deprecatus est, enixè precatus est*, orando vultum alicujus à prima sententia immutavit. q. iram, furorem, cujus index est facies, ægrotare fecit: vultus n. irascentis est rubicundior, vel (pro ratione constitutionis) pallidior, quem colorem postea miti oratione tollimus. Fut. plur. Pih. abjecto ה, R. 66.

1695 עֲשִׁירֵי Ƴashi-ré] *divites* populi. A עָשַׁר *dives, locuples fuit*. Nom.m. עָשִׁיר *dives, opulentus*. Plur. in Regim.

Vers. 14.

1696 כָּל־כְּבוּדָּה Col-kebhu-dhá] *Tota* (est) *gloriosa* filia Regis: Cum Adjectivum præcedit, ellipsis verbi substantivi indigitatur, R. 35. Vel *Omnis gloria filiæ regis*. A כָּבַד *honoratus, gloriosus fuit*, Pahul fœm. Kal.

1697 פְּנִימָה Pení-ma] *ab intus*, vel *intrinsecus*. A פָּנִים cum ה Locali, פְּנִימָה *interiora loca*, quòd introrsum pergentibus, exteriora sunt retrò.

1698 מִמִּשְׁבְּצוֹת Mim-mish-betsóth] *ex ocillaturis* auri: intelligitur vestis gemmis, fundis aureis inclusis, ornata. Nom. plur. fœm. Heemanth, à שָׁבַץ *vestem oculis plenam texuit*.

Vers. 15.

1699 לִרְקָמוֹת Lir-ka-móth] *in vestibus acupictis*. A רָקַם *acupinxit*. Nom. fœm. רִקְמָה *vestis acupicta*: est formæ שִׂמְחָה R. 32. ideóque plur. facit רְקָמוֹת

1700 תּוּבַל Tu-bhál] *adducetur*. A יָבַל *duxit, adduxit*, sc: cum pompa & jubilo, (q. in יוֹבֵל *jubilæo*.) Futur. Hoph. mutato (,) in ו R. 57. תּוּבַל in plur. תּוּבַלְנָה *adducentur*, v. 16.

1701 בְּתוּלוֹת Pethu-lóth] *virgines*. Nom. fœm. בְּתוּלָה *virgo matura*, & incorrupta, plural. בְּתוּלוֹת Cum Affix. וּבְתוּלוֹתֶיו *& virgines ejus*.

1702 אַחֲרֶיהָ A-hha-ré-ha] *post eam*. אַחַר *post*, modò loci, modò temporis. Cum Præfix. וְאַחַר *& post*, מֵאַחַר, *à post lactantes adduxit eum*, Psal. 78. 70. i. e. à lactantibus, quas sequebatur. Assumit Affixa pluralia, R. 101. אַחֲרֶיךָ *post te*, אַחֲרָיו *post eum*, וְאַחֲרָיו *& post eũ*, אַחֲרֶיהָ *post eam*. וְאַחֲרֵיהֶם *& (qui) post eos*, Psal. 49. 14. i. e. posteri eorum.

1703 רֵעוֹתֶיהָ Re-ƴo-thé-ha] *sociæ ejus*. A רֵעֶה *socius*, suprà Num. 572. Nom. fœm. abjecto ה R. 103. רֵעָה *socia, amica*. plur. רֵעוֹת cum Affixo.

1704 מוּבָאוֹת Mu-bha óth] *adducuntur*. A בּוֹא *venire*, in Hiph. הֵבִיא *fecit venire*, i. e. adduxit: in Hoph. assumpto ו, R. 58. הוּבָא *ductus, adductus fuit*. Particip. pl. fœm. Hophal.

Vers. 17.

1705 לְשָׂרִים Lesa-rím] (pones eos) *in principes*. A שׂוּר vel שָׂרָה aut potius שָׂרַר (quæ tria sunt ejusdem signific.) *principem gessit, principatum tenuit*. Nom. m. שַׂר & שָׂר *princeps* plural. שָׂרִים *principes*. Cum Præfix. *Et sicut*

cut unus הַשָּׂרִים *principum*, Pſ. 82.7. לַשָּׂרִים *in principes*. In Regim. invariato (ׇ) R. 114. שָׂרֵי *principes Juda*, Pſal. 68.28. Cum Affix. שָׂרָיו *principes ejus*.

Verſ. 18.

1706 יְהוֹדוּךָ Jeho-dhú-cha] (populi) *confitebuntur tibi*, i. e. gratias agent, magnitudinem tuam agnoſcent, colent, & prædicabunt. Ab הוֹדָה *confiteri*, includit confeſſionem laudis & fraudis. Fut. Hiph. יוֹדוּךָ ſuprà Num. 875. at ex Chaldaiſmo inſeritur ה Characteriſt. Hiph. R. 137. fitque יְהוֹדוּךָ

PSALMUS XLVI. מו

1707 עַל־עֲלָמוֹת yal-yala-móth] *ſuper abſtruſis & occultis rebus* (ex vi vocis עָלַם *occultavit*) LXX. ὑπὲρ τῶν κρυφίων *pro arcanis*. Targ. *quo tempore abſconditus eſt pater eorum* (abſorptu ſc: terræ) *ipſi autem liberati ſunt*. Vel, *ad ſymphoniam acutam*, quam virgines commodè exprimunt, (à עַלְמָה *adoleſcentula*) quòd fortaſſe ab adoleſcentulis decantaretur. Veriſimile etiam eſt, fuiſſe nomen Inſtrumenti muſici ex 1 Chron. 15.20. *In nablis ſuper* עֲלָמוֹת *Alamoth*.

Verſ. 2.

1708 נִמְצָא Nim-tſá] auxilium in anguſtiis) *inventus* valdè. i. e. præſens, promptus & paratus. A מָצָא Part. Niph. Num. 1480.

Verſ. 3.

1709 בְּהָמִיר Beha-mír] *in commutando terram*, i. e. ſi terra commutaret locum ſuum. LXX. ἐν τῷ ταράσσεσθαι *dum turbatur terra*. Targ. כַּד אִשְׁתַּלְחִיפוּ אֲבָהָתַנָא מִן אַרְעָא *cum immutati fuerint patres noſtri de terra*: (reſpicit ad hiſtoriam Core, Num. 26.) Ab הֵמִיר ſuprà Num. 647. Infinit. Hiph. הָמִיר R. 58. cum ב

Verſ. 4.

1710 יֶהֱמוּ Jehh-merú] (frement) *& turbabuntur* aquæ ejus, ſc: maris: vel *coacervabuntur* (ex Nom. חֹמֶר *acervus*) quòd fluctus maris ſint acervis ſimiles. Targ. מִטַּשְׁטְשִׁין *inquinantur*, ſc: luto. Ab חָמַר *turbidus, lutulentus fuit, lutum excitavit*. Fut. Kal, ut in יֶאְשְׁמוּ Num. 1358.

Verſ. 5.

1711 יְשַׂמְּחוּ Jeſam-mehhú] *lætificabunt*. A שָׂמַח *lætatus eſt*, in Pih. שִׂמַּח *lætificavit*. Fut. Pih. יְשַׂמַּח *lætitia afficiet*, Pſal. 104. 15. plur. יְשַׂמְּחוּ

Verſ. 6.

1712 לִפְנוֹת Liph-nóth] *in aſpicere* manè, i. e. aſpiciente vel apparente diluculo. A פָּנָה *aſpexit*, Gerund. Kal, R. 56.

Verſ. 7.

1713 הָמוּ Ha-mú] *Fremuerunt*. Ab הָמָה *fremuit, ſtrepuit, ſonum edidit* Præt. pl. Kal, abjecto ה, R. 66.

1714 מָטוּ Má-tu] *commota ſunt*. A מוּט *nutare, vacillare*, ſemper importat aliquid mali. Præt. Kal, abjecto ו R. 59. מָט fœm. מָטָה *vacillavit* ſc: terra, Pſ. 60.4. Pl. מָטוּ

1715 מַמְלָכוֹת Mam-la-chóth] *regna*. A מָלַךְ *regnavit*. Nom. fœm. Heemanth. מַמְלָכָה *regnum* Cum Præf. מִמַּמְלָכָה *è regno*, Pſal. 105. 13. Plur. וּמַמְלָכוֹת *& regna*, Pſ. 102. 23. In Regim. correpto (ׇ) in (ְ) מַמְלְכוֹת *regna terræ*, Pſal. 68 33.

1716 תָּמוּג Ta-múgh] *diſſolvetur* terra.

A מוּג *dissolvit*, *liquefecit*: semper sumitur metaphoricè, Fut. Kal, R. 60.

Vers. 9.

1717 חֲזוּ Hhazú] *videte*. Ab חָזָה *vidit*, Imper. Kal. חֲזֵה plur. abjecto ה R. 66. חֲזוּ pro חֲזִיוּ

1718 מִפְעֲלוֹת Miph-ʿaalóth] *opera* Jehovæ. A פָּעַל *fecit*, *operatus est*. Nom. plur. fœm. Heemanth. מִפְעָלוֹת *opera*. In Regim. correpto (··) in (:) R. 114. מִפְעֲלוֹת *opera Domini*, Psal. 66. 5.

1719 שַׁמּוֹת Sham-móth] (qui posuit) *vastitates* in terra. A שָׁמֵם *vastatus*, *desolatus fuit*, Nom. fœm. שַׁמָּה *vastatio*, *desolatio*, לְשַׁמָּה *in desolationem*, Psal. 73. 19. Plur. שַׁמּוֹת

Vers. 10.

1720 מַשְׁבִּית Mash-bíth] *Cessare faciens*. LXX. ἀνταναιρῶν *auferens bella*. A שָׁבַת *quievit*, *cessavit*, Part. Hiph.

1721 וְקִצֵּץ Vekits-tséts] *& amputabit*, Præt. Pih. קָצַץ *scidit*, *amputavit*, Psal. 129. 4.

1722 עֲגָלוֹת ʿagha-lóth] *plaustra*. LXX. θυρεοὺς *scuta*. A עָגַל *circulavit*, suprà Num. 694. Nom. fœm. עֲגָלָה *plaustrum*, *currus*, quòd super rotas volvatur. plur. עֲגָלוֹת

1723 יִשְׂרֹף Jis-róph] *comburet*. A שָׂרַף *ussit*, *combussit*, Fut. Kal.

PSALMUS XLVII. מז

Vers. 2.

1724 תִּקְעוּ Tik-ʿú] *plaudite*. Targ. תִּקְעוּ יְדָא בְחֶדְוָא *figite manum in gaudio*. A תָּקַע *fixit*, *infixit* clavum aut paxillum. It. fixit spiritum in buccinam, i. e. *clanxit*, *classicum cecinit*. It. fixit manui manum, i. e. *complosit*, quod est signum lætitiæ. Imper. Kal, תִּקְעוּ *clangite buccinâ*, Ps. 81. 4.

1725 הָרִיעוּ Ha-rí-ʿu *jubilate*. Ab הֵרִיעַ suprà Num. 1590. Imper. Hiph. הָרִיעוּ Ps. 66. 1.

Vers. 5.

1726 גְּאוֹן Geón] (elegit) *magnificentiam* Jacob. Targ. יַת בֵּית מַקְדְּשָׁא דְבֵיתֵהּ יַעֲקֹב *domum sanctuarii*, *domum Jacob*. A גָּאָה *altus*, *elatus*, *excellens fuit*, Nom. m. גָּאוֹן *elatio*, in bonum, *magnificentia*, in malum, *fastus*, *superbia*. In Regim. גְּאוֹן R. 114. Cum Affix. בִּגְאוֹנָם *in superbia eorum*, Psal. 59. 13.

Vers. 6.

1727 שׁוֹפָר Sho-phár] (in voce) *tubæ*. Nom. radicale שׁוֹפָר *buccina*, *tuba*, Psal. 81. 4. quæ olim fiebat ex cornu bubulo: cujus usus erat in bello & solennitatibus.

Vers. 10.

1728 נְדִיבֵי Nedhi-bhé] *Principes* populorum. A נָדַב *voluntarius*, *liberalis fuit*, *spontè dedit*. Nom. m. נָדִיב *spontaneus*, *liberalis*, *ingenuus*, *princeps*, quem decet liberalitas. In plur. mutato (‧) in (:) נְדִיבִים *ingenui*, Ps. 107. 40. בִּנְדִיבִים *in principibus*, Ps. 118. 9. In Regim. נְדִיבֵי *principes populi*, Ps. 113. 8. Cum Affix. נְדִיבֵמוֹ *principes eorum*, Ps. 83. 12. cum defectu (‧) pro נְדִיבֵימוֹ In fœm. נְדִיבָה (& spiritum) *ingenuum*, Ps. 51. 14.

1729 אַבְרָהָם Abhra-hám] (& populus Dei) *Abraham*. Nomen notissimum fidelis Patriarchæ, qui primùm vocatus fuerat אַבְרָם *pater excelsus*, (ex אָב *pater* & רָם *excelsus*) ut Philo ait

ait, *homo cœli, sublimis, & etherea naturæ scrutator. Post ex homine cœli factus est homo Dei, juxta vaticinium*, Gen. 17. *Ego Deus tuus, esto inculpabilis.* Dictúsque אַבְרָהָם *pater multitudinis*, adjecto ad אַבְרָם τὸ הָמוֹן *multitudo.* Verùm quò vox ea pronunciatu mollior, auditúque acceptior esset, ex nomine אַבְרָם demptum est ם, & ex הָמוֹן syllaba ון detracta, & ita factum אַבְרָהָם

1730 נַעֲלָה Na-ųalá] (valdè) *exaltatus est* sc: Deus. A עָלָה *ascendit*, Præt. Niph. נַעֲלָה *elevatus, exaltatus, sublatus fuit.* In secunda pers. mutato ה in (י) R. 66. *Vehementer* נַעֲלֵיתָ *exaltatus es*, Ps. 97. 9.

PSALMUS XLVIII. מח

Vers. 3.

3086 שַׁעֲשֻׁעָי Sha-ꞷaſhü-ꞷáj] *oblectationes meæ*. A שָׁעָה ſuprà Num. 3077. Nom. pl. maſ. שַׁעֲשֻׁעִים *oblectationes, blanditiæ*. Plur. cum Af. שַׁעֲשֻׁעַי & in majori pauſa שַׁעֲשֻׁעָי *blanditiæ meæ*, quomodo 4 legitur hoc Pſalm.

Verſ. 25.

3087 חַיֵּנִי Hhaj-jé-ni] *fac ut vivam*. Ab חָיָה *vixit*, Imper. Pih. cum Af. חַיֵּנִי verſ. 37. eliſo ה, R. 103. pro חַיְּהֵנִי

Verſ. 28.

3088 דָּלְפָה Da-lephá] *Stillavit*. A דָּלַף *ſtillavit, diſtillavit*. Præt. fœm. Kal, דָּלְפָה *lachrymata eſt*. Targ. עֲגַמַת *triſtis eſt*. LXX. *dormitavit*: forte primùm fuerat ἔσταξε *diſtillavit*, at imperita manus illud in ἐνύσταξε depravavit.

3089 מִתּוּגָה Mit-tu-ghá] *præ mœrore*. A יָגָה *mœſtus, triſtis fuit*. Nom. fœm Heemanth. verſo (י) in ו R. 61. n. 1. תּוּגָה *dolor, mœror, triſtitia*, cum Præfixo מ.

3090 קַיְּמֵנִי Ka-jemé-ni] *erige me*. A קוּם *ſurgere, ſtare*, in Pih. mutato ו in (י) mobile קִיֵּם *erexit, elevavit, confirmavit*. Imp. קַיֵּם ob Aff. mutat (..) in (:) & dageſh ex (י) ſhevato excidit.

Verſ. 37.

3091 הַעֲבֵר Ha-ɣabhér] *Averte.* A עָבַר *tranſivit*, in Hiph. *tranſire fecit*, aut juſſit, *traduxit*, removit. Imper. Hiph. הַעֲבֵר *remove*, cum (-:) ſub guttural. verſ. 39.

Verſ. 39.

3092 יָגֹרְתִּי Ja-ghór-ti] (quod) *timeo.* A יָגֹר *timuit, expavit.* Prima perſ. Præt. Kal, ſervato ו, R. 49. not.

Verſ. 40.

3093 תָּאַבְתִּי Ta-ábh-ti] *appetivi.* A תָּאַב *appetivit, deſideravit.* Prima perſ. Præt. Kal, verſ. 174.

Verſ. 49.

3094 יִחַלְתָּנִי Ji-hhal-tá-ni] *ſpem feciſti mihi.* A יָחַל *ſperavit*, Præt. Pihel abſorpto dageſh, cum (ָ) ob pauſam, pro יִחַלְתַּנִי.

Verſ. 50.

3095 נֶחָמָתִי Ne-hha-ma-thí] *conſolatio mea.* A נָחַם *conſolatus fuit.* Nom. fœm. Pihel, נֶחָמָה *conſolatio*, formæ בַּקָּשָׁה, at excluſo dageſh ex ח, (-) ante guttural. kametſ. tranſit in (ֶ) R. 109. ſicque cum Affixo mutato ה in ת, (ָ) ſub ח manet, quoniam includit dageſh. R. 114. &c.

Verſ. 51.

3096 הֱלִיצֻנִי Heli-tsü-ni] *derident me.* A לוּץ *riſit, deriſit, illuſit.* Præt. Hiph. cum Affixo. Targ. מְמִיקְנִן לִי *illudunt mihi.*

Verſ. 52.

3097 וָאֶתְנֶחָם Va-eth-ne-hhám] *& conſolatione affectus fui.* A נָחַם ſuprà Num. 1067. Fut. Hithp. cum ו Converſ. pro אֶתְנַחֵם converſo poſteriori (-) in (ָ) ob pauſam, R. 131. & priori in (ֶ) ob gutturalem kametſatam, R. 109. Et ſic יִתְנֶחָם *pœnitentiâ ducetur*, Pſ. 135. 14.

Verſ. 53.

3098 עֹזְבֵי ɣo-zebhé] *derelinquentes.* A עָזַב *deſeruit, reliquit*, Benoni pl. Kal, in Regim.

Verſ. 58.

3099 חִלִּיתִי Hhil-li-thi] (Anxiè) *precatus ſum.* Prima perſ. Præt. Pih. ab חָלָה ſuprà Num. 1694. mutato ה in (ִי) R. 66.

Verſ. 60.

3100 חַשְׁתִּי Hháſh-ti] *Feſtinavi.* Ab חוּשׁ *feſtinare, properare.* Præt. Kal, abjecto ו, R. 58. Targ. זְרִיזֵת *expeditus fui*, alacer in mandatis ſuis.

3101 הִתְמַהְמָהְתִּי Hith-mah-máh-ti] (& non) *cunctatus ſum.* Ab inuſitato מָהָה fit Præt. Hithpah. הִתְמַהְמַהּ *cunctatus, moratus fuit*, abjectâ tertiâ radicali ה, & geminatâ primâ & ſecundâ, impreſſo Mappic in ה, quoniam eſt mobile. Prima perſ. cum (ָ) pro (-) ob pauſam.

Verſ. 61.

3102 עִוְּדֻנִי ɣiv-vedhü-ni] *ſpoliarunt me.* A עִוֵּד in Pih. (à עַד *præda*) *ſpoliavit, deprædatus eſt.* Plur. cum Affix. cum (ֻ) loco ו, Targ. אִתְכְּנַשׁוּ *congregati ſunt* contra me.

Verſ. 62.

3103 חֲצוֹת Hhatſoth] *Medio* (noctis) Ab חָצָה *diviſit, dimidiavit.* Nom. ſing fœmin. exiens in וֹת, R. 27. חֲצוֹת *medium.*

Verſ. 67.

3104 שֹׁגֵג Sho-ghégh] (ego) *errans*, i. e. ab-

aberravi. A שָׁגָג *ignoravit, per ignorantiam peccavit*, Ben. Kal, Targ שְׁלִי *ignoranter peccavi.*

Verſ. 68.

3105 וּמֵיטִיב U-me-tíbh] *& bonum reddens*, vel *faciens.* A יָטַב *bonus fuit.* In Hiph. quieſc. (ו) in (..) R. 57. הֵיטִיב *benefecit, bonum, gratum reddidit*, Part. Hiph.

Verſ. 69.

3106 טָפְלוּ Ta-phelú] *Concinnârunt.* A טָפַל *adjunxit, conjunxit, aſſuit, concinnavit.* Præt. plur. Kal, Targ. חַבְּרוּ *aſſociant.*

Verſ. 70.

3107 טָפַשׁ Ta-pháſh] *Pinguefactum eſt.* Præt. Kal, טָפַשׁ *obeſus, pinguis, craſſus fuit.* Non amplius extat in tota Scriptura.

3108 שִׁעֲשָׁעְתִּי Shi-ųaſháų-ti] *oblecto meipſum.* A שָׁעָה ſuprà Num. 3077. Prima perſ. Præt. Pih. cum (ָ) ob pauſam.

Verſ. 71.

3109 עֻנֵּיתִי Ųun-né-thi] *afflictus fui.* A עָנָה *afflictus, oppreſſus fuit, jugo ſervitutis aut tyrannide*, Præt. Pyhal, mutato ה in (י) R. 65.

Verſ. 76.

3110 לְנַחֲמֵנִי Lena-hhamé-ni] *ad conſolandum me.* A נָחַם *conſolatus eſt*, ſuprà Num. 3097. Infinit. Pih. cum Affixo, abſorpto dageſh.

Verſ. 78.

3111 עִוְּתוּנִי Ųiv-vethú-ni] (qui falsò) *pervertunt me.* A עָוַת *depravavit, pervertit, ſubvertit.* Præt. plur. Pih. cum Affixo.

Verſ. 83.

3112 בְּקִיטוֹר Beki-tór] (ſicut uter) *in fumo*, uter in fumo ſuſpenſus eſt ſiccus. A קָטַר *ſuffivit, ſuffumigavit*, קִיטוֹר *fumus*, יְקִיטוֹר *& fumus*, Pſ. 148. 8. exhalatio calida & ſicca, ex terra aſcendens, fumo ſimilis: materia meteororum igneorum.

Verſ. 95.

3113 לְאַבְּדֵנִי Leab-bedhé-ni] *ad perdendum me.* Ab אָבַד *periit*, In Pihel *perdidit.* Infin. Pih. cum Affixo.

Verſ. 96.

3114 תִּכְלָה Tich-la] *conſummationis* omnium rerum vidi finem. A כָּלָה *abſolutus, perfectus, conſummatus fuit*, Nom. fœm. Heemanth. תִּכְלָה *conſummatio, perfectio:* & aliâ formâ, תַּכְלִית Pſ. 139. 22. *Perfectione odii odi eos*, i. e. perfecto odio.

Verſ. 101.

3115 כָּלָאתִי Ca-lí-thi] *cohibui.* A כָּלָא *clauſit, arcuit, coercuit, cohibuit.* Prima perſ. Præt. Kal, כָּלָאתִי pro כָּלִיתִי more quieſc. tertia ה, quaſi eſſet כָּלִיתִי à כָּלָה

Verſ. 102.

3116 הוֹרֵתָנִי Ho-re-thá-ni] *docuiſti me.* A יָרָה *jecit, projecit.* In Hiph. mutato (י) in ו, R. 57. הוֹרָה *docuit, inſtituit*, quòd doctrina q. injiciatur, ſ. inſtilletur animis diſcentium. In ſecunda perſ. mutato ה in י quieſc. in (.) R. 66. fit הוֹרֵיתָ at (ִ.) & (..) alternant, R. 107. fitque הוֹרֵתָ cum Affixo נִי

Verſ. 103.

3117 נִמְלְצוּ Nim-letsú] *dulcia ſunt.* A מָלַץ Præt. Niph. נִמְלַץ *dulcis fuit*, pl. נִמְלְצוּ Legitur h. l. tantùm.

3118 לְחִכִּי Lehhic-kí] *palato meo.* Ab inusitato חָכַךְ fit חֵךְ *palatum.* Cum Affix. assumit dagesh, & mutat (‥) in (.) R. 125. fitque לְחִכִּי *ad palatum meum*, Psal. 137. 6.

Vers. 106.

3119 וָאֲקַיֵּמָה Va-akaj-jéma] *& præstiti.* A קוּם קִיֵּם Præt. Pih. *ratificavit*, suprà Num. 3090. Fut. cum ה parag. & ו conversiv. cum (‥) loco (:) ob Athnach.

Vers. 107.

¶ נַעֲנֵיתִי Na-yané-thi] *Afflictus sum* usque, valdè. A עָנָה *afflixit*, Præt. Niph. נַעֲנָה *afflictus fuit*: in prima pers. mutat ה in (י) quies. R. 66.

Vers. 109.

¶ נַפְשִׁי בְכַפִּי תָמִיד *Anima mea in volis meis jugiter.* Hac phrasi notatur, præsentissimum periculum adire, eíq; se exponere.

Vers. 111.

3120 נָחַלְתִּי Na-hhál-ti] *Possedi.* A נָחַל hæreditario *jure possedit*, Præt. Kal.

Vers. 113.

3121 סֵעֲפִים Se-yaphím] *Cogitantes mala* odi. A סְעִיף *ramus*, It. *cogitatio*, quæ in corde est, sicut ramus in arbore hinc inde diffusus: inde סֵעֵף cogitans mala seu vana, pl. סֵעֲפִים *cogitationes*. Targ. *qui cogitat cogitationes malas.* LXX. παρανόμους *iniquos odi.*

Vers. 116.

3122 סָמְכֵנִי Som-ché-ni] *Sustenta me.* A סָמַךְ suprà Num. 1450. Imperat. Kal, סְמֹךְ ob Affix. ו transit in (‥) R. 98.

3123 מִשִּׂבְרִי Mis-sibh-rí] *à spe mea.* Nom. radicale שֵׂבֶר *spes, expectatio*, cum Affix. mutat utrumque (‥) in (:) R. 122. & prius (:) in (.) fitq; שִׂבְרוֹ *spes ejus*, Psal. 146. 5. Cum Præfix. מִשִּׂבְרִי *ab exspectatione mea*.

Vers. 117.

3124 סְעָדֵנִי Se ya-dhéni] *Suffulci me.* A סָעַד *fulcivit, firmavit*. Imper. Kal, סְעַד cum Affixo (-) transit in (.) R. 121.

3125 וְאֶשְׁעָה Veesh-yá] *& oblectabo me.* Targ. וְאֶנְעַנַּע *& meditabor.* A שָׁעָה suprà Num. 3077. Fut. Kal, cum (י) loco (‥) mutuatis punctis à quiescentib. tertiâ א, pro אֶשְׁעֶה

Vers. 118.

3126 סָלִיתָ Sa-lí-tha] *Conculcasti.* A סָלָה *calcavit, conculcavit, stravit, prostravit.* Præt. Kal, mutato ה in (י) R. 65. סָלִיתָ Targ. כְּבַשְׁתָּא *subegisti.*

3127 תַּרְמִיתָם Tar-mi-thám] *dolus eorum.* A רָמָה *jecit, projecit, spe dejecit.* Nom. fœm. Heemanth. תַּרְמִית *dolus, fallacia, astutia*, cum Aff. ם.

Vers. 119.

3128 סִגִים Si-ghím] (ut) *Scorias*, סִיג *scoria*, quicquid de argento alióve metallo dum igne coquitur, expurgatur. Pl. סִיגִים A סוּג *recedere. Quasi scorias* חָשַׁבְתָּ *reputasti omnes improbos terræ.* LXX. *Prævaricantes reputavi peccatores terræ.* Pro שׂוֹגִים legerunt שׂוֹגִים à שָׁגָה *errare, per ignorantiam peccare*; & חָשַׁבְתָּ secundam pers. mutarunt in primam. Targ. *Idola confregisti, abolevisti omnes impios terræ,* סִגִים interpretatur *idola*, & חָשַׁבְתָּ legit הִשְׁבַּתָּ *cessare fecisti.*

Vers. 120.

3129 סָמַר Sa-már] *Horruit.* Ipsa radix סמר

סָמַר *horruit, exhorruit, horripilavit,* ita territus fuit, ut pili erigantur & ſtent ut clavi. In terrore n. ſubito ſanguis ad cor refugit, & externis membris frigeſcentibus pori cutis comprimuntur, atque ita pili eriguntur.

Verſ. 121.

3130 תַּנִּיחֵנִי Tan-ni-hhé-ni] *permittas me.* A יָנַח *reliquit, permiſit.* Fut.Hip. converſo (ו) in dageſh, R. *69.* n. 1.

Verſ. 122.

3131 עֲרוֹב yaróbh] *vadimonium ſubi.* A עָרַב *miſcuit, ſpopondit, fidejuſſit,* quia mercatores in emendo & vendendo miſcent unum cum altero, permutant fidejubent. Imper. Kal.

3132 יַעַשְׁקֻנִי Ja-yaſh-kú-ni] *opprimant me.* A עָשַׁק vi vel fraude *oppreſſit,* Fut. Kal, cum (:) loco ו R. 107. pro יַעַשְׁקוּנִי ſublato (:) ex (-) R. 15.

Verſ. 128.

3133 יִשַּׁרְתִּי Jiſh-ſhár-ti] *recta agnovi,* approbavi, A יָשַׁר *rectus fuit,* Præt. Pih. יִשֵּׁר *rectificavit, rectum agnovit, approbavit;* eſt cum (·) pro (-) ob pauſam.

Verſ. 131.

3134 פָּעַרְתִּי Pa-yár-ti] *diſtendi.* Præt. Kal, à פָּעַר *aperuit, diſtendit,* ſc. os.

3135 וָאֶשְׁאָפָה Va-eſh-á-pha] *& anhelavi.* A שָׁאַף *anhelavit,* aerem ad os per nares traxit. Fut. Kal, ut ſuprà Num. 150.

3136 יָאַבְתִּי Ja-ábh-ti] *deſideravi.* Pr. Kal, à יָאַב *ardenter cupiit, deſideravit,* cum ( ) ſub א ob Sylluk. & legitur h. l. tantùm in tota SS.

Verſ. 133.

3137 הָכֵן Ha-chén] *confirma.* A כּוּן *aptare, firmare, confirmare.* Imper. Hiph. abjecto ו, R. 58.

3138 תַּשְׁלֶט־ Taſh-lét] (ne) *ſinas dominari.* LXX. κατακυριευσάτω. A שָׁלַט *dominatus eſt, præfuit.* Fut. Hiph. תַּשְׁלֵט ob Maccaph. (..) tranſit in (∵) R. 134.

Verſ. 136.

3139 יָרְדוּ Ja-redhú] *deſcendent.* A יָרַד *deſcendit, defluxit,* Præt. pl. Kal.

Verſ. 147.

3140 בַנֶּשֶׁף Ban-né-ſheph] *in crepuſculo ipſo.* A נָשַׁף *flavit, afflavit,* נֶשֶׁף *crepuſculum* matutinum aut veſpertinum, lux dubia ante ſolis ortum & occaſum. Targ. בְּשַׁפְרְפָּרָא *in aurora.*

Verſ. 148.

3141 לָשִׂיחַ La-ſíahh] *ad meditandum.* A שׂוּחַ *locutus eſt,* ore aut corde *meditatus eſt.* Infinit. Hiph. abjecto ו, R 58. הָשִׂיחַ at ל excludit ה characteriſtic. Hiph. R. 81.

Verſ. 150.

3142 קָרְבוּ Ká-rebhú] *Appropinquârunt.* Præt Kal, A קָרַב *acceſſit ad aliquid.*

3143 רָחָבוּ Ra-hhá-bhu] *diſſiti fuerunt.* A רָחַק *longè, procul abfuit, diſſitus fuit.* Præt. pl. Kal. cum (·) pro (:) ob Sylluk. R. 132.

Verſ. 158.

3144 וָאֶתְקוֹטָטָה Va-eth-ko-tá-ta] *& faſtidio meipſum torſi.* Vel, *& diſſecabar.* A קוּט *faſtidire, ſe rodere, diſſecare.* Fut. Hithp. geminatâ tertiâ & quieſcente ſecundâ in ו R. 63. אֶתְקוֹטָט *tædio affectus ſum, diſſecabar,* Pſal. 139. 21. cum (·) ob pauſam. Et cum ה paragog. ac ו converſivo וָאֶתְקוֹטָטָה

Verſ. 162.

3145 כְּמוֹצֵא Kemo-tsé] *ſicut inveniens.* A מָצָא *invenit*, opportunè deprehendit, Benoni Kal, cum כ ſimilitud.

Verſ. 165.

3146 מִכְשׁוֹל Mich-ſhól] *offendiculum.* A כָּשַׁל *impegit, pede offendit.* Nom. Hemanth. מִכְשׁוֹל *offendiculum, ruina*, cauſa exitii.

Verſ. 166.

3147 שִׂבַּרְתִּי Sib-bár-ti] *Expectavi.* A שִׂבֵּר *ſperavit, exſpectavit*, prima per. Præt. Pih.

Verſ. 173.

3148 לְעָזְרֵנִי Leʏoz-ré-ni] *ad juvandum me.* A עָזַר *juvit, adjuvit.* Gerund. Kal, cum Affixo, ut ſuprà Num. 124.

Verſ. 175.

3149 יַעֲזְרֻנִי Ja-ʏaz-rú-ni] *adjuvabunt me.* A עָזַר ſuprà Num. 1485.

Verſ. 176.

3150 כְּשֶׂה Kesé] *ſicut pecus.* שֶׂה *pecus, agnus*, vel *hœdus*, cum כ ſimilitud.

3151 אֹבֵד O-bhédh] *periens.* Vide ſuprà Num. 1241.

PSALMUS CXX. קכ

Verſ. 1.

3152 הַמַּעֲלוֹת Ham-ma-ʏalóth] *graduum.* A עָלָה *aſcendit.* Nom. fœmin. Heemanth. מַעֲלָה *aſcenſus, gradus.* Plur. שִׁיר הַמַּעֲלוֹת *canticum graduum*, ſive aſcenſionum. Targ. *Canticum quod dictum eſt ſuper gradibus:* erant 14 cantica, à Pſal. 120. uſque ad 134. forſitan ſic dicta, quòd canerentur altiori voce. Excluſo ה Emphatico, לַמַּעֲלוֹת Pſ. 121. 1.

Verſ. 4.

3153 רְתָמִים Retha-mími] (cum carbonibus) *juniperorum*, qui tantâ ſunt vi, ut ſi prunæ ejus fuerint cinere opertæ, per annum integrum non extinguantur. LXX. *Cum carbonibus deſolatoriis.* A רָתַם *ligavit.* Nom. m. רֹתֶם *juniperus*, arbuſcula perpetuò virens, habens materiam ligatam, i. e. cariei non obnoxiam. Latinis dicitur à πῦρ igne, quòd conceptum ignem diutius conſervet. Plur. רְתָמִים R. 118. & 122.

Verſ. 5.

3154 אוֹיָה O-ja] *Væ*, אוֹי & cum ה paragog. אוֹיָה *væ*, interjectio dolentis.

3155 מֶשֶׁךְ Mé-ſhech] (inter) *Meſech.* A מָשַׁךְ *traxit*, מֶשֶׁךְ *tractus, traha*, genus vehiculi quod trahitur rotis carens, Pſal. 126. 6. *portans* מֶשֶׁךְ *traham ſeminis*, i. e. parum, vel quod ſemen q. trahatur ſeminando. It. *Meſech* filius Japhet, à quo gens orta *Moſchi* vel *Moſcobitæ*, q. מֹשְׁכֵי קֶשֶׁת *tractores arcus*, nam arcubus adhuc utuntur. אוֹיָה־לִי כִּי גַרְתִּי מֶשֶׁךְ *Heu mihi, quod habitavi Moſchum*, perſtringit Judæos, quòd duri eſſent & inhumani ut Scythæ. Targ. *inter Aſiaticos*, nam filii Japhet minorem Aſiam occuparunt. LXX. *Heu mihi, quia peregrinatio mea prolongata eſt*, q. eſſet גֵּרוּתִי מָשַׁךְ

3156 קֵדָר Ke-dhár] (cum tentoriis) *Kedar.* Targ. *Arabum.* A קָדַר *fuſcus, niger fuit*, קֵדָר filius Iſmaelis, Gen. 25 qui nomen dedit regioni Arabiæ petreæ, quam Nomades incolunt, populus ob ſolis æſtum corpore fuſco, abſque muro aut urbe, deſerta ſaltem in tentoriis incolunt.

Verſ.

Verſ. 6.

3157 לָהּ Láh] *ſibi.* ל nota Dativi, cum Affixo f. הּ ſicque aliquando *commodum*, aliquando *incommodum* notat, ut *multùm habitat* לָהּ *ſibi anima mea*, in meum malum. *Multùm ſatiata eſt* לָהּ *ſibi, anima noſtra*, Pſ. 123. 4.

PSALMVS CXXI. קכא

Verſ. 3.

3158 יָנוּם Ja-núm] *dormitavit*. A נוּם *dormitare, proclivem eſſe ad ſomnum.* Verbum eſt inchoativum, aut deſiderativum, Fut. Kal, R. 60.

PSALMVS CXXII. קכב

Verſ. 3.

3159 הַבְּנוּיָה Hab-benu-já] *ædificata.* A בָּנָה *ſtruxit, ædificavit.* Pahul, Kal, mutato ה in (י) R. 65. בָּנוּי in fœm. cum ה Emphat. הַבְּנוּיָה

3160 שֶׁחֻבְּרָה She-hhúb-berá] *quæ conſociata eſt.* Ab חָבַר *ſociatus, conjugatus, copulatus fuit.* Præt. fœm. Pyh. cum שֶׁ Relativo, R. 75.

Verſ. 6.

3161 יִשְׁלָיוּ Jiſh-lá-ju] *tranquilli, fœlices erunt.* A שָׁלָה *tranquillus, pacificus fuit.* Metonymicè, *fœlix, fortunatus*, qui n. in tranquillitate ſine cruce & calamitate vivit, fœlix eſt: Fut. Kal, mutato ה in (י) mobile, R. 66. not. יִשְׁלָיוּ pro יִשְׁלוּ cum (ָ) pro (:) ob pauſam.

PSALMVS CXXIII. קכג

Verſ. 2.

3162 שִׁפְחָה Shiph-hhá] (ut oculi) *ancillæ.* Ab inuſitato שָׁפַח Nom. fœm. שִׁפְחָה *ancilla, famula*, vilioris conditionis quàm אָמָה

3163 גְּבִרְתָּהּ Gebhir-táh] *heræ ſuæ.* A גָּבַר *valuit virib. virtute*, גְּבִיר *dominus, herus, gubernator*, in fœmin. גְּבִירָה *hera, domina*, uxor regis: & & alia forma גְּבֶרֶת quæcunq; materfamilias. Cum Affixis mutat utrumque (ָ) in (:) R. 122. & prius (:) ſub ב tranſit in (.)

Verſ. 4.

3164 הַשַּׁאֲנַנִּים Haſh-ſha-anan-ním] *inſolentium tranquillorum.* A שָׁאַן *tranquillus, pacatus fuit*, שַׁאֲנָן *quietus, tranquillus*, per Metonym. *inſolens*, quòd tranquillitas homines inſolentes reddat. In plur. aſſumit dageſh Euphonic. R. 18.

3165 לִגְאֵיוֹנִים Ligh-e-jo-ním] (contemptus) *ſuperborum opprimentium.* Compoſitum ex גָּאָה *elatus fuit*, unde גֵּאֶה *ſuperbus*, plur. גֵּאִים in Regim. גְּאֵי Cum Præfixo לִגְאֵי & יָנָה *afflixit*, inde Benoni Kal, יוֹנֶה plural. יוֹנִים Scribitur verò hîc tanquam una vox cum tamen ſint duæ voces, לִגְאֵי יוֹנִים

PSALMVS CXXIV. קכד

Verſ. 3.

3166 בְּלָעוּנוּ Bela-ú-nu] *abſorbuiſſent nos.* A בָּלַע *abſorbuit, deglutivit.* Præt. pl. Kal, cum Affixo, ex בָּלְעוּ ubi ob Affix. (ָ) & (:) tranſponuntur, R. 98.

3167 בַּחֲרוֹת Ba-hharóth] *in exardendo*, i. e. cùm exardeſcit. Ab חָרָה *exarſit.* Infin. Kal, exit in וֹת R. 65. cum ב nota Gerundii.

Verſ. 5.

3168 הַזֵּידוֹנִים Haz-ze-dho-ním) (aquæ *ſu-*

ſuperbæ, elatæ, tumidæ, ſubitò inundantes. A זוד *ſuperbire*, Nom. plur. Heemanth. זֵידוֹנִים *ſuperbi*, *audaces*, *temerarii*, mutato ו in (.) & legitur h. l. tantùm in SS. Vel, *Tunc tranſiiſſet fluvius ſuper animam noſtram, aquis temerariis*: ſub aquis temerariis, flagitioſi intelliguntur.

Verſ. 7.

3169 יוֹקְשִׁים Jo-keſhím] (Anima noſtra erepta è laqueo) *aucupum*. A יָקֹשׁ *laqueum* aut rete *tetendit*, unde Pſalm. 141. 9. Præt. pl. Kal, *Cuſtodi me à laqueo* (quem) יָקְשׁוּ *tetenderunt mihi*, & h. l. in Benoni plur. יוֹקְשִׁים *venatores, aucupes*. Vel poteſt per Vocativum exponi, *Anima noſtra erepta eſt è laqueo, ô aucupes laqueus fractus eſt*, &c.

PSALMUS CXXV. קכה

Verſ. 3.

3170 יָנוּחַ Ja-núahh] *quieſcet*. A נוּחַ *quieſcere*, ab opere, negotio, laboribus, requieſcere, ceſſare. Fut. Kal, R. 60. cum (-) furtivo.

Verſ. 5.

3171 וְהַמַּטִּים Veham-mat-tím] *Et qui ſunt inclinantes*. A נָטָה *inclinavit*, *declinavit*. Part. Hiph. cum הַ Relativo, הַמַּטֶּה *inclinans*, detorquens, pervertens rectum, in plur. ejicit ה R. 103.

3172 עֲקַלְקַלּוֹתָם ʿakal-kal-lo-thám] *ad perverſitates ſuas*. A עָקַל *pervertit*, *torſit*, Nom. pl. fœm. geminatis duab. poſteriorib. radicalib. עֲקַלְקַלּוֹת *detortuoſitates, via obliqua & tortuoſa*.

PSALMUS CXXVI. קכו

3173 שִׁיבַת Shi-bháth] *captivitatem*. שִׁיבָה *captivitas*, formâ eſt à שׁוּב *reverti*, ſignificatione à שָׁבָה *captivum duxit*, permutatâ radicū ſignificatione. In Regim. שִׁיבַת pro quo Pſal. 57. 7. habetur שְׁבוּת

3174 כְּחוֹלְמִים Kehho-lemím] *ſicut ſomniantes*. Ab חָלַם *ſomniavit*, ex ſignificat. Chald. *ſanus fuit, convaluit*. Benoni pl. Kal, cum כּ ſimilitud. *ſicut ſomniantes*, vel, *ſicut convaleſcentes*. Targ. הֵיךְ מַרְעַיָּא דְאִתְּסִיו *ſicut agroti qui ſanati ſunt*, ubi captivitas morbo, & ſanationi liberatio comparatur. LXX. ὡς παρακεκλημένοι *ſicut conſolati*, acceperunt pro חוֹמְלִים ab חָמַל *pepercit*.

Verſ. 2.

3175 שְׂחוֹק Sehhók] (impletum fuit) *riſu*. A שָׂחַק *riſit*, שְׂחוֹק *riſus, luſus, lætitia*.

Verſ. 4.

3176 בַּנֶּגֶב Ban-né-ghebh] (converte captivitatem noſtram, ſicut torrentes) *in terra arida*, quam ſi tranſeant, eſt eis valdè commodum. Tar. בְּבַצּוֹרְתָא *in tempore ſiccitatis*. LXX. *ſicut torrens* ἐν τῷ νότῳ *in auſtro*. A נָגַב *deſiccare*, fit נֶגֶב *auſter*, plaga mundi meridionalis, ſicca atque calida, quæ non eſt habitabilis ut aliæ plagæ, propter exceſſum ſiccitatis & caloris.

Verſ. 5.

3177 הַזּוֹרְעִים Haz-zo-re ʿím] *Qui ſeminant*. A זָרַע *ſeminavit*, Benoni pl. Kal, cum הַ Relativo, R. 76.

3178 יִקְצוֹרוּ Jik-tſó-ru] *metent*. A קָצַר *decurtavit, abbreviavit, meſſuit*. Fut. pl. Kal, cum ו loco (:) ob pauſ. pro יִקְצְרוּ

Verſ.

Verſ. 6.

3179 הָלוֹךְ Ha-lóch] *Eundo.* Ab הָלַךְ *ivit.* Infinit. Kal, qui conſtructus cum verbo ſuæ ſignificationis, incipit à ( ) הָלוֹךְ יֵלֵךְ *eundo ibit,* i. e. continuò, R. 41. not. 1.

3180 וּבָכֹה U-bha-chó] *& flendo.* A בָּכָה *flevit, ploravit, vagivit,* Infin. Kal.

3181 אֲלֻמֹּתָיו Alum-mo-tháv] *manipulos ſuos.* Ab אָלַם *ligavit, colligavit.* Nom. fœm. cum dageſh euphonico, R. 18. אֲלֻמָּה *faſcis, merges, manipulus ſpicarum.*

PSALMUS CXXVII. קכז

3182 עָמְלוּ Já-melú] *laboraverunt.* Pr. Kal, à עָמַל *laboravit, defatigatus fuit,* corpore & animo.

3183 בּוֹנָיו Bho-náv] *ædificatores ejus.* A בָּנָה *ædificavit.* Benoni Kal, בּוֹנֶה *ædificans,* plur. בּוֹנִים cum Af. בּוֹנָיו

Verſ. 2.

3184 מַשְׁכִּימֵי Maſh-kí-me] (vanum vobis) *ô manicantes* ſurgere, i. e. ſummo diluculo ſurgere. Ab inuſitato שָׁכַם Præt. Hiph. הִשְׁכִּים (neq; Græci neque Latini, proprium habent, quo verbum hoc reddant) LXX. τὸ ὀρθρίζειν, Latin. *manicare,* i. e. manè ſurgere, aut venire, aut aliquid agere, ſummum ſtudium, diligentiam & aſſiduitatem notat. Particip. plur. Hiph. in Regim. ſequente Infinit. R. 34. n. 1.

3185 מְאַחֲרֵי Mea-hharé] *moram facientes.* Ab אָחַר *moratus fuit, tardavit, moram fecit,* Præt. pl. Pihel in Regim. ut prius, מְאַחֲרֵי־שֶׁבֶת *moram facientes ſedẽdo,* h. e. occupati eſtis in opere veſtro totum diem ad veſperam uſque. LXX. diſtinxerunt conjuncta, τὸ ὀρθρίζειν ἐγείρασθαι μετὰ τὸ καθῆσθαι *manè ſurgere. Surgite poſtquam ſederitis:* & מְאַחֲרֵי legerunt *poſtquam, poſt.*

3186 הָעֲצָבִים Ha-yatſa-bhím] (comedentes panem) *dolorum,* i. e. labore partum. A עָצַב *animo vel corpore doluit,* Nom. m. עֶצֶב *dolor, corporis & animi, moleſtia, triſtitia. Vide ſi via* עֹצֶב *doloris eſt in me,* Pſal. 139. 24. i. e. מְרִי *rebellio,* Hieron. *via idoli,* quòd nihil aliud eſt quàm dolor & labor. In plur. mutat ו in (:) R. 118. & ( ) in ( ) R. 122.

Verſ. 3.

3187 שָׂכָר Sa-chár] *merces.* A שָׂכַר *mercede conduxit, locavit,* שָׂכָר *merces, præmium,* quod datur pro labore.

Verſ. 4.

3188 אַשְׁפָּתוֹ Aſh-pa-thó] *pharetram ſuam.* Targ. בֵּית אֲזֵינֵיהּ *domum armorum ejus.* Ab inuſitato אָשַׁף Nom. fœmin. אַשְׁפָּה *pharetra,* cum Af.

PSALMUS CXXVIII. קכח

Verſ. 3.

3189 פּוֹרִיָּה Po-rij-já] *fructifera.* A פָּרָה *fructificavit,* Ben. Kal, פֹּרֶה *fœcundus,* in fœm. פּוֹרִיָּה *fœcunda,* mutato ה in ( )

3190 כִּשְׁתִלֵי Kiſh-thi-lé] *ſicut plantationes.* A שָׁתַל *plantavit,* Pl. maſcul. שְׁתִילִים *plantulæ, ſurculi.* In Regim. defect. abſq; ( ) כִּשְׁתִלֵי *ſicut plantulæ,* LXX. νεόφυτα *novellæ,* novæ plantæ.

PSALMUS CXXIX. קכט

3191 צְרָרוּנִי Tſera-rú-ni] *anguſtiis affecerunt me.* A צָרַר *ligavit, ſtrinxit, compreſſit, anxit, afflixit,* Præt. pl.

Kal, צְרָרוּ ob Affixa transpositis punctis, R. 98. צְרָרוּנִי. Targ. אֲעִיקוּ לִי *molestiam intulerunt mihi.*

Verf. 3.

3192 גַּבִּי Gab-bi] (super) *dorso meo.* A גָּבַב fit גַּב *gibbus*, (ab ipsa Hebr. voce) *dorsum*, *tergum*, cujusque rei super alias partes prominentia. Cum Affix. assumit dagesh, R. 125. גַּבִּי Targ. גּשְׁמִי *corpore meo.*

3193 חָרְשׁוּ Hhá-reshú] *araverunt.* Ab חָרַשׁ *aravit*, *fundum fodit*, Præt. pl. Kal, חָרְשׁוּ unde Ben. pl.

3194 חוֹרְשִׁים Hho-reshím] *aratores.*

3195 הֶאֱרִיכוּ He-erí-chu] *in longum protraxerunt.* Ab אָרַךְ *productus*, *prolongatus fuit*, Præt. pl. Hiph.

3196 לְמַעֲנוֹתָם Lema-ỵani-thám] *sulcum suum.* A עָנָה *afflixit.* Nom. Heemanth. fœmin. מַעֲנִית *sulcus*, lacuna vomere facta. Scribitur h. l. cum ו loco (ִ) Targ. *In longum protraxerunt* לְמוֹרְדְיוּתְהוֹן *arationem suam*, i. e. non dederunt nobis requiem à servitute ipsorum, quo n. longiores ducuntur sulci, eo major est boum labor. LXX. *prolongaverunt iniquitatem suam*, legerunt עֲווֹנוֹתָם

Verf. 6.

3197 שֶׁקַּדְמַת Shek-hadh-máth] *quod antequam.* A קָדַם *anticipavit.* Nom. f. קַדְמָה transit in adverbium temporis, *priusquam*, *antequam.* In forma Regiminis, cum Præfixo שֶׁ, R. 75.

3198 שָׁלַף Sha-láph] *extrahat* quis sc. falcem, Præt. Kal, שָׁלַף *eduxit*, *extraxit* rem è loco suo, herbam è terra *evulsit*: impersonaliter redditur, R. 43. n. 2. *Antequam avulsa fuerit*, *arescit.* Herbæ ante demetendi usum evellebantur.

Verf. 7.

3199 קוֹצֵר Ko-tser] *Messor.* A קָצַר *amputavit*, *messuit*, Ben. Kal, קוֹצֵר *metens.*

3200 וְחִצְנוֹ Vehhits-nó] *aut lacertum suum.* Nom. radicale חֵצֶן *brachium*, *lacertus.* Cum Affix. mutato ֶ in (:) R. 118. & (ֵ) in (:) R. 122. ac ex priori (:) fit (.) Targ. וְכַתְפֵּהּ *& humerum suum.*

3201 מְעַמֵּר Me ỵam-mér] *manipulorum collector.* A עִמֵּר *manipulos fecit*, vel *collegit*, Præt. Pih.

PSALMVS CXXX. קל

Verf. 2.

3202 קַשֻּׁבוֹת Kash-shú-bhóth] *diligenter attentæ.* A קָשַׁב *attendit*, *advertit*, sc: aurem, gestus est diligenter auscultantis. Nom. plur. fœm. קַשֻּׁבוֹת Targ. צַיְתִין *auscultantes.*

Verf. 4.

3203 הַסְּלִיחָה Has-seli-hhá] *ipsa condonatio.* A סָלַח *propitius fuit*, *condonavit.* סְלִיחָה *condonatio*, *venia*, *indulgentia*, cum הַ Emphatico.

3204 תִּוָּרֵא Tiv-va-ré] *timearis.* A יָרֵא *timuit*, *reveritus est.* Fut. Niph. mutato (ִ) in ו dageshatum, R. 56. תִּוָּרֵא *colaris.* Targ. תִּתְחֲמֵי *videaris*, accepit pro תֵּרָאֶה LXX. ἕνεκα τοῦ ὀνόματός σε *propter nomen tuum*, legendum ἕνεκα τοῦ νόμου σου *propter legem tuam*, ut Latinus vertit, acceperunt pro תּוֹרָה *lex.*

Verf. 7.

3205 יַחֵל Ja-hhél] *Spera.* A יָחַל *speravit*, *expectavit.* Imper. Pihel absorpto dagesh.

3206 וְהַרְבֵּה Vehar-bé] *& multa.* A רָבָה *multus fuit.* Nomen Heemant. ex forma Hiph. הַרְבֵּה *multùm, plurimùm.*

PALMVS CXXXI. קלא

3207 רָמוּ Rá-mu] (neque) *elevati sunt.* A רום *altum, elatum esse*, ex loco vel conditione inferiori ad superiorem. Pr. Kal, רָם plur. רָמוּ R. 59.

Vers. 2.

¶ וְדוֹמַמְתִּי (Si non æquavi) & *compescui* animam meam. LXX. ἀλλὰ ὕψωσα *sed exaltavi*, legerunt רוֹמַמְתִּי A דום *silere*, Præt. Pih. R. 63. דּוֹמֵם *silere fecit, compescuit.*

3208 כְּגָמֻל Kegha-múl] *sicut ablactatum.* A גָּמַל *retribuit, rependit.* It. *ablactavit*, pro lacte cibum firmiorem retribuit. Pahul Kal, cum כ similitudinis & cum (ֻ) loco ו, *Et compescui animam meam* כְּגָמֻל *sicut ablactatum apud matrem suam,* כַּגָּמֻל *sicut iste ablactatus* (exclus. ה Emp.) *apud me anima mea.* Repetitio auget significationem, sicut puer ablactatus incipit paulatim intelligere res majores, & totus pendet à matre sua, quæ ipsum ad incedendum assuefacit; ita anima mea pendet ex doctoribus. Schindl.

PSALMVS CXXXII. קלב

3209 עֻנּוֹתוֹ Ϋün-no-thó] (memento) *affligi ejus*, i. e. afflictionis ejus. A עָנָה *afflixit.* Infin. Pyhal exit in וֹת R. 65. עֻנּוֹת cum Affixo ו

Vers. 4.

3210 תְּנוּמָה Tenu-má] *dormitationem.* A נוּם *dormiturivit.* Nom. fœm. Heemanth. תְּנוּמָה *dormitatio, somnolentia.*

Vers. 6.

3211 בְּאֶפְרָתָה Beeph-rá-tha] *in Ephratha.* A פָּרָה *fructificavit*, fit Nom. proprium Heemanth. אֶפְרָת *Ephrath* q. fructifera, uxor Calebi, à qua nomen accepit אֶפְרָתָה (cum ה locali) regio, & urbs, quæ aliàs *Bethlehhem*, à בֵּית לֶחֶם filio Salma, 1 Par. 2. 51.

Vers. 8.

3212 וַאֲרוֹן Va-arón] *& arca.* אָרוֹן *arca, cista, scrinium, theca lignea*, ad res inanimatas asservandas parata. In Regim. mutat (ָ) in (ֲ) fitq; וַאֲרוֹן עֻזֶּךָ *& arca fortitudinis tuæ*, quòd per eam Dei fortitudo apparebat in bello, ut Ps. 105. 4. *Quarite Jehovam* וְעֻזּוֹ *& fortitudinem ejus*, i. e. arcam.

Vers. 13.

3213 אִוָּהּ Iv-vá] *concupivit.* Præt. Pih. אִוָּה *desideravit, expetivit, affectavit.* In prima pers. mutato ה in (ִ) R. 66. אִוִּיתִיהָ *expetivi eam*, v. 14.

Vers. 14.

3214 פֹּה Pó] hîc. פּוֹה adverbium loci, *hîc & huc.*

Vers. 15.

3215 בָּרֵךְ Ba-réch] *benedicendo.* A בֵּרַךְ *benedixit*, Imper. Pih. pro בָּרֵךְ cum (ָ) R. 19. ob ר

Vers. 16.

3216 אַלְבִּישׁ Al-bísh] *induam.* A לָבַשׁ *indutus fuit.* Fut. Hiph. אַלְבִּישׁ v. 18.

3217 רַנֵּן Ran-nen] *cantando.* Infinit. Pihel à רָנַן suprà Num. 275.

*Verſ.*17.

3218 אַצְמִיחַ Ats-miahh] *germinare faciam.* A צָמַח *germinavit*, Fut. Hiph.

3219 עָרַכְתִּי Ya-rách-ti] *aptavi*, Præt. Kal, à עָרַךְ ſuprà Num. 225.

PSALMVS CXXXIII. קלג

Verſ. 2.

3220 הַזָּקָן Haz-za-kán] *ipſam barbam.* A זָקֵן *ſenuit*, זָקָן *barba*, index ſenectutis. In Regim. mutato (ָ) penult. in (:) R. 114 & ult. in (-) זְקַן ibid.

PSALMVS CXXXV. קלה

Verſ. 4.

3221 לִסְגֻלָּתוֹ Liſ-gúl-la-thó] LXX. εἰς περιουσιασμόν *in peculium ejus.* Ab inuſitato סָגַל Nom. fœm. סְגֻלָּה *peculium, proprium, ſingulare, theſaurus, res chara*, aurum, argentum, gemmæ, &c.

Verſ. 7.

3222 נְשִׂאִים Neſi-ím] (qui elevat) *vapores de extremitate terræ*, i. e. à mari, vel plaga ſeptentrionali aut meridionali. Targ. עֲנָנִין & LXX. νεφέλας *nubes*, pro materia effectus. A נָשָׂא *elevavit*, Nom. m. נָשִׂיא *princeps*, aliis altior & ſublimior, plur. נְשִׂאִים *principes*, It. *exhalationes*, quæ ex aquis & locis humidis elevantur in aerem, ibique condenſatæ in nubes convertuntur.

Verſ. 9.

3223 בְּפַרְעֹה Bephar-yó] *in Pharaonem.* A פָּרַע *liber fuit.* פַּרְעֹה *Pharao*, q. *liber* (unde Latinis *Bar*) nomen erat olim commune regum Ægyptiorum, & vetere Ægyptiorum linguâ (ſi Joſepho credimus) *Regem* ſignificat. Poſt Alexandrum, ab ejus nominis primo Ptolemæo Lagi filio, dicti fuerunt *Ptolemæi*: nunc *Sultani* poſtquam Arabes Ægyptum occuparunt.

Verſ. 11.

3224 לְסִיחוֹן Leſi-hhón] *Sichonem.* Ab Arab. סָחַן *oneravit*, סִיחוֹן nomen proprium regis Amoræorum.

3225 הָאֱמֹרִי Ha-emo rí] *Amorhæorum.* Ab אָמַר *dixit.* Nomen Heemanth. gentile, R. 23. אֱמֹרִי populus ab *Amoræo* filio Canaan ſic dictus: ponitur pro *Cananæis*, quoniam potiſſimi fuerunt *Amorrhæi.*

3226 וּלְעוֹג Ule yogh] *& Og.* A עוּג *adu͏ſſit, uſtulavit*, עוֹג *Og* rex Baſhan.

Verſ. 17.

3227 יַאֲזִינוּ Ja-azí-nu] *aurem advertent.* Ab אָזַן ſuprà Num. 218. Fut. pl. Hiph. יַאֲזִינוּ pro quo Pſal. 115. 6. יִשְׁמָעוּ *audient*, legitur.

Verſ. 20.

3228 הַלֵּוִי Hal-lé-vi] *Levitarum.* A לָוָה *additus, adjunctus, copulatus fuit.* לֵוִי filius Jacobi, ita appellatus qd Jacob adjunctus ſit uxori ſuæ Leæ, Gen. 29. Inde tota poſteritas, tribus Levi dicta eſt.

Verſ. 21.

3229 שֹׁכֵן Sho-chén] *habitans*, Benoni Kal, ſuprà Num. 2639.

PSAL-

PSALMVS CXXXVI. קלו

Verſ. 6.

3230 לְרוֹקַע Lero-káỵ] *extendenti*. Tar. לְרָדֵד *diſtendenti*. A רָקַע *expandit*, *extendit*, rem in latitudinem diduxit, Ben. Kal, cum (-) loco (..) R. 108.

Verſ. 10.

3231 לְמַכֵּה Lema-ké] *Percutienti*. A נָכָה in Hiph. הִכָּה *percuſſit*, *feriit*. Part. Hiph. pro מַנְכֶּה compenſato נ per dageſh, R. 69.

Verſ. 13.

3232 לְגוֹזֵר Legho-zér] *Scindenti* (ſcil: mare rubrum) A גָּזַר *ſcidit*, *ſecuit*, Benoni Kal, cum ל articulo caſus dativi.

3233 לִגְזָרִים Ligh-za-rím] *in ſegmenta* Targ. לִצְלוֹחִין *in ſciſsiones*: traditio eſt, diviſum fuiſſe mare in 12 ſectiones, pro numero 12 tribuum, per quas ſingulas, ſingulæ tranſierunt. A גָּזַר *diſcidit*, fit גֶּזֶר *diviſio*, *pars deciſa*, plur. גְּזָרִים

Verſ. 15.

3234 וְנִעֵר Veni-ỵér] *Et excuſſit*, i. e. dejecit in mare. A נָעַר *concuſſit*, *excuſſit*, dejecit. Præt. Pih. נִעֵר abſorpto dageſh.

Verſ. 16.

3235 לְמוֹלִיךְ Lemo-lích] *Ducenti*. A יָלַךְ *ivit*, *ambulavit*, in Hiph. mutato (,) in י R. 57. fit הוֹלִיךְ *ire fecit*, i.e. *duxit*, Part. מוֹלִיךְ

Verſ. 23.

3236 שֶׁבְּשִׁפְלֵנוּ She-beſhiph-lé-nu] *Qui in abjectione noſtra*. A שָׁפֵל *humilis fuit*, fit שֵׁפֶל *abjectio*, *humilitas*. Cum Affix. ut ſuprà Num 770. & שׁ Relativo, R. 75.

Verſ. 24.

3237 וַיִּפְרְקֵנוּ Vaj-jiph-reké-nu] *Et eripuit nos*. A פָּרַק *rupit*, *abrupit*, cutem à carne *avulſit*, Metaph. aliquem è periculis *eripuit*, *ſervavit*. Fut. Kal, cum Affixo, & ו Converſ.

PSALMVS CXXXVII. קלז

3238 בָּבֶל Ba-bhél] (Super flumina) *Babylonis*. A בָּלַל *confudit*, Nomen proprium turris, urbis & regionis בָּבֶל *Babel*, *Babylonia*, q. בַּלְבֵּל eliſo uno ל, ubi Deus בָּלַל *confudit labium totius terræ*, Gen. 11. 9. Magnitudo urbis fuerat tanta, ut (referente Ariſt. lib. 3. polit. c. 2) cum capta fuiſſet ab hoſtibus, magna pars urbis tertiâ die nihil tale ſenſerit.

3239 בָּכִינוּ Ba-chí-nu] *flevimus*. A בָּכָה *flevit*, præ dolore aut gaudio. Præt. Kal, mutato ה in (י) R. 66.

3240 בְּזָכְרֵנוּ Bezoch-ré-nu] *in recordando nos*, i. e. dum recordamur. A זָכַר *recordari*. Infinitiv. Kal. ut ſuprà Num. 1092.

Verſ. 2.

3241 עֲרָבִים Ỵara-bhím] *ſalices*. A עָרַב *jucundus*, *dulcis*, *gratus fuit*, pl. maſ. עֲרָבִים *ſalices*, à jucunditate.

3242 תָּלִינוּ Ta-li-nu] *ſuſpendimus*. A תָּלָה *ſuſpendit*, *appendit*. Prima perſ. Præt. Kal, ut Num. 3239.

Verſ. 3.

3243 וְתוֹלָלֵינוּ Vetho-la-lé-nu] *& contumulatores noſtri*, i.e. inimici noſtri, qui in tumulum nos, noſtráq; redegerunt. A תָּלַל *aggeſſit*, *in altum ſuſtulit*, inſtar tumuli aut cumuli. Plur. m. cum Affixo ex תּוֹלָלִים *contumulatores*, aut *hoſtes noſtri ſuperbi & eminentes*, ut

idem dicatur diversis vocabulis, Targ. בְּזוֹנָנָא *raptores nostri*. Aliis est à תָּלָה *suspendit*: q. *& in suspensis nostris gaudium* scil: postularunt, i. e. in citharis, quas de salicibus suspenderamus.

Vers. 7.

3244 אֱדוֹם *Edhóm*, vide suprà Num. 1986.

3245 עָרוּ ya-rú] *nudate*. A עָרָה *nudavit, discooperuit*, Imper. Pih. abjecto ה R. 66. cum (ֽ) ob exclusum dagesh, R. 191. pro עָרּוּ

3246 הַיְסוֹד Ha-jesódh] *fundamentum*. A יָסַד *fundavit*, יְסוֹד *fundamentum*, cum ה Emphat. excluso dagesh ex litera shevata, R. 20.

Vers. 8.

3247 הַשְּׁדוּדָה Hash-shedhu-dhá] (Filia Babel) *vastatrix*, vel quæ es vastata, vel vastanda. A שָׁדַד *vastavit*, Pahul Kal. cum ה Relativo.

Vers. 9.

3248 שֶׁיֹּאחֵז Shej-jo-hhéz] *qui prehendit*. Ab אָחַז *tenuit, prehendit, obtinuit*. Fut. Kal, quiescente א in ֹ, R. 54. cum ש Relativo, R. 75. Et in tertiâ fœm. וְתֹאחֲזֵנִי *& apprehendit me*, Psal. 139. 10.

PSALMVS CXXXVIII. קלח

Vers. 3.

3249 תַּרְהִבֵנִי Tar-hi-bhé-ni] *fecisti ut efferrem me*. A רָהַב *extulit se, invaluit* robore vel potentiâ. Fut. Hiph. cum Affixo, pro תַּרְהִיבֵנִי *invalescere me fecisti*. Targ. אַסְגֵּיעַתְּנִי *auxisti me*.

Vers. 6.

3250 וְשָׁפָל Vesha-phál] *& humilem*. A שָׁפֵל *humilis fuit*, שָׁפָל *humilis, depressus*.

3251 מִמֶּרְחָק Mim-mer-hhák] *è longinquo*. A רָחַק *longè, procul abfuit*, מֶרְחָק *longinquitas* loci a. temporis, *distãtia*.

3252 יֵיָדַע Jeje-dháy] *pernoscet*. A יָדַע *novit, cognovit*. Futur. compositum ex Kal, & Pihel; ex Kal est יֵדַע ut suprà Num. 484. ex Pihel (ֵ) q. penitùs cognoscet. Vel est Futur. Hiph. *notum faciet*, pro יְהֵידַע more Chaldæorum, R. 137.

3253 תֶּרֶף Té-reph] *intermittas*. A רָפָה *lenis, debilis*, remissus fuit, *destitit*, *intermisit*, Fut. Hiph. per Apocopen, R. 67. n. 4. pro תַּרְפֶּה

PSALMVS CXXXIX. קלט

3254 חֲקַרְתַּנִי Hhakar-tá-ni] *explorasti me*. Ab חָקַר *scrutatus est*, *exploravit*. Secunda pers. Præt. Kal, ex חָקַרְתָּ

Vers. 2.

3255 בַּנְתָּה *intellexisti*. A בּוּן *intelligere*. Præt. irregul. Kal, pro בָּוַנְתָּ excluso ו R. 58. cum ה parag.

3256 לְרֵעִי Lere-yí] *cogitationem meam*. A רָעָה *pavit, associavit*, רֵעַ *socius*, *amicus, familiaris*, qui simul pascitur; ex usu Chald. *cogitatio*, Cum Pæf. & Affix. לְרֵעִי Targ. לְחַבְרוּתִי *societatem meam*, plur. cum Affix. רֵעֶיךָ *cogitationes tuæ*, vers. 17. *Et mihi preciosæ sunt* רֵעֶיךָ *cogitationes tuæ*, LXX. οἱ φίλοι σου *amici tui*, ex altera significatione vocabuli.

Vers. 3.

3257 וְרִבְעִי Veribh-yí] *& accubitum meum*. A רָבַע *cubuit, accubuit*, רֶבַע *cubitus, accubitus*, cum Affix.

הסכנת

3258 הִסְכַּנְתָּה Hiſ-can-ta] *aſſuefeciſti*. A סָכַן *profuit*. In Hiph. *aſſuevit, aſſuefactus fuit*. Præt. Hiph. cum ה paragog.

Verſ. 5.

3259 צַרְתָּנִי Tſar-tá-ni] *obſediſti me*, vel *formaſti me*. A צוּר *premere, opprimere, obſidere, oppugnare*, It. *premendo fingere, efformare, figurare*. Præter. Kal, cum Affixo.

Verſ. 6.

3260 פְּלִאיָה Peli-á] *Mirabilis*. A פָּלָא *mirabilis fuit*. Nom. fœm. פְּלִיאָה (in textu trajectis conſonantibus פְּלָאִיָה) *ardua eſt ſcientia præ me*, i. e. difficilior quàm ut eam comprehendere poſſem.

3261 נִשְׂגְּבָה Niſ-gebhá] *exaltata eſt*. A שָׂגַב *exaltatus fuit*, Præt. fœm. Niph.

Verſ. 7.

3262 אֶבְרָח Ebh-ráhh] *fugiam*. A בָּרַח *fugit*, Fut. Kal, cum (ָ) ob Sylluk.

Verſ. 8.

3263 אֶסַּק Eſ-ſák] *aſcendero*. A נָסַק *aſcendit*, Fut. Kal, R 69.

3264 וְאַצִּיעָה Veatſ-tsi-ya] *& ſubſternam* infernum, ecce tu. Sepulchrum eſt ſtratum hominis mortui. A יָצַע *ſubſtravit, infernè poſuit*. Fut. Hiph. cum ה parag. compenſato (י) per dageſh, R. 69. n. 2.

Verſ. 9.

3265 יְשׁוּפֵנִי Jeſhu-phé-ni] (caligo) *obvolvet me*. A שׁוּף *contudit, comminuit*, Fut. Kal, יְשׁוּף cum Affix. mutato (ּ) in (:) יְשׁוּפֵנִי *obſcurabit me*, mutuata ſignificatione à נֶשֶׁף *crepuſculum*.

Verſ. 13.

3266 תְּסֻכֵּנִי Teſúc-ké-ni] *obtexiſti me*. A סָכַךְ *operuit, texit*. Fut. Kal, per Syncopen תָּסֹךְ R. 67. Ob Affix. imprimitur dageſh, & ו tranſit in (ֻ) R. 125.

Verſ. 15.

3267 עָצְמִי Yotſ-mí] *robur meum*. A עָצַם *robuſtus, ſolidus fuit*. עֹצֶם *vis, robur*. It. *os ſolidum, crus*, & rei cujuſque ſubſtantia, *res ipſa*. Cum Affix. mutat ו in (ָ) R. 118. & (ֶ) in (:) עָצְמִי Targ. גַּרְמִי LXX. τὸ ὀστοῦν μου *os meum*. ex עֶצֶם

3268 עֻשֵּׂיתִי ü ſ-ſé-thi] *factus ſum* in abſcondito, i. e. utero materno. A עָשָׂה *fecit*. Præt. Pyhal עֻשֵּׂיתִי *compreſſus ſum*, mutuatâ ſignificatione à עָסַס *compreſſit*.

3269 רֻקַּמְתִּי Rük-kam-ti] *artificiosè factus fui*. A רָקַם *acu-pinxit*, i. e. acu vel texturâ varios colores & figuras in tapetia introduxit. In Præter. Pyhal רֻקַּם *formatus eſt, contextus fuit*, ex variis membris, venis, arteriis, oſſibus, carne, cute, inſtar veſtis phrygianæ. In prima perſ. רֻקַּמְתִּי *contextus ſum in inferioribus terræ*, conformatio in utero comparatur operi phrygio. Targ. אִצְטַיַּרַת *formatus ſum in utero matris*. LXX. καὶ ἡ ὑπόστασίς μου *& ſubſtantia mea*, legerunt וְקָמָתִי *& ſtatura mea*, ob ſimilitudin. lit. ו & ר

Verſ. 16.

3270 גָּלְמִי Gol-mi] *Maſſam meam*. A גָּלַם *glomeravit, convolvit, involvit*. גֹּלֶם *glomus, glomer*, corpus imperfectum, & informe. *embryo*. Cum Affix. mutat ו in (ָ) & (ֶ) in (:) גָּלְמִי Targ. גּוּשְׁמִי *corpus meum*.

3271 יֻצָּרוּ Jutſ-tsá-ru] (dies quibus) *formabuntur*, ſc: membra, quorum formatio eſt multorum dierum. A יָצַר *preſſit, premendo finxit, formavit*, Pr. Pyhal יֻצָּרוּ cum (ָ) ob Athnach.

Verſ.

Verſ. 12.

3272 יָקְרוּ Ja-kerú] (quàm) *precioſæ ſunt.* A יָקַר *gravis, precioſus fuit*, Præt. plur. Kal.

Verſ. 19.

3273 תִּקְטוֹל Tik-tól] *occideris.* A קָטַל *occidit, trucidavit*, Fut. Kal.

Verſ. 20.

3274 נָשׂוּא Na-ſú] *extolluntur in vanum.* A נָשָׂא *tulit*, Præt. pl. Kal, cum א paragogico, R. 102. n. 1. excluſo א radicali, ad morem quieſcentium tertiâ ה. Vel eſt per metath. literar. pro נָשְׂאוּ

3275 עָרֶיךָ ya-ré-cha] *hoſtes tui.* A עור *vigilare*, fit עָר *hoſtis* à vigilando; ſolet enim hoſtis ſtudiis vigilare ſeveris. Aut ex uſu Chald. eſt pro צַר mutatione ſolitâ צ in ע factâ. Pl. עָרִים *hoſtes.* Cum Affix. עָרֶיךָ Targ. בַּעֲלֵי דְבָב *domini odii.* LXX. *Accipient in vanitatem* τὰς πόλεις σου *civitates tuas*, q. à עִיר *urbs.*

Verſ. 21.

3276 אֶשְׂנָא Eſ-na] *odio proſequor?* A שָׂנֵא *odit*, odio habuit & proſecutus eſt. Fut. Kal, אֶשְׂנָא

Verſ. 23.

3277 חָקְרֵנִי Hhok-re-ni] *Explora me.* Ab חָקַר *ſcruttaus eſt, exploravit.* Imper. Kal, cum Affixo, ut ſuprà Num.

PSALMVS CXL. קמ

Verſ. 4.

3278 עַכְשׁוּב yach-ſhúbh] (venenum) *aſpidis.* Nom. quadriliterum עַכְשׁוּב *aſpis, ptyas.*

Verſ. 8.

3279 סַכּוֹתָה Sac-có-tha] *texiſti.* A סָכַךְ *operuit, texit*, per Sync. סַךְ R. 70. In ſecunda perſ. Præt. Kal, aſſumit ו, R. 71. fitque סַכּוֹתָה cum ה parag.

3280 נָשֶׁק Nâ-ſhek] *belli.* A נָשַׁק *oſculatus eſt.* נֶשֶׁק *bellum*, in quo homines ſe invicem oſculantur, i. e. ore ad os ſibi occurrunt: in pauſa נָשֶׁק R. 131.

Verſ. 9.

3281 מַאֲוַיֵּי Ma-avaj-jé] *deſideria* impii. Ab אָוָה *cupiit, deſideravit.* Nomen Heemanth. pl. in Regim.

3282 זְמָמוֹ Zema-mó] *ſceleratam cogitationem ejus.* Nom. radicale cum Affixo, à זָמַם ſuprà Num.

3283 תָּפֵק Ta-phék] (ne) *proferas* ſc. in *lucem.* A פוק *exire, egredi* (idem quod Chald. נְפַק) Fut. Hiph. abjecto ו R. 58. תָּפֵק *proferre ſinas.* Targ. תְּסַפֵּק *perficias.*

Verſ. 10.

3284 מְסִבָּי Meſib-báj] *circumdantium me.* A סָבַב *circumdedit.* Part. Hiph. per Syncopen מֵסֵב plur. מְסִבִּים cum Affixo.

Verſ. 11.

3285 בְּמַהֲמוֹרוֹת Bema-hamo-róth] *in foveas profundas.* Ab inuſitato המר pl. fœm. Heemanth. מַהֲמֹרוֹת *foveæ profundæ.* Non extat aliâs in SS. ſed apud Talmudiſt. eſt in uſu.

Verſ. 12.

3286 יְצוּדֶנּוּ Jetſu-dhén-nu] *venentur ipſum.* A צוּד *inſidias ponere*, feris, avibus, piſcibus, *venari, aucupari, piſcari.* Fut. Kal, cum Affix.

3287 לְמַדְחֵפֹת Lemadh-hhé-phóth] *ad præcipitia.* A דָּחַף *impulit*, pl. fœmin. Heemanth. מַדְחֵפוֹת *impulſiones, lapſus, præcipitia.*

PSAL

PSALMUS CXLI. קמא

Vers. 2.

3288 מַשְׂאַת Ma-seath] *elevatio* manuum mearum, oblatio vespertina scil. reputetur. A נָשָׂא *tulit*, *elevavit*. De manu, est gestus jurantis, orantis, benedicentis. Nom. Heemanth. abjecto נ, מַשָּׂא fœm. מַשְׂאָה *levatio*, *elevatio*. In Regim. excludit dagesh, R. 20.

Vers. 3.

3289 שָׁמְרָה Shom-rá] (Pone) *custodiam*. A שָׁמַר *custodivit*, Nom. fœm. שָׁמְרָה *custodia*, formæ חָכְמָה

3290 נִצְּרָה Nits-tsera] *conservationem*. A נָצַר *servavit*, *custodivit*. Nom. formæ שִׂמְחָה cum dagesh euphonico, נִצְרָה *conservatio*, *protectio*. Vel est Imper. Kal, cum ה parag. *observa*.

3291 דַּל Dal] *ostium*. A דֶּלֶת *janua*, *ostium*, suprà Num. 2446. per Apocopen דַּל Aliis est Infin. Kal, à דָּלָה *hausit*, *elevavit*, pro דְּלוֹת *Pone custodiam ori meo*, *conservationem super ostium meum*. Pisc. *observationem ad ostium*. Jun. *super elationem labiorum meorum*. Targ. *super* זְקִיף *elevatione*, *apertione*.

Vers. 4.

3292 לְהִתְעוֹלֵל Lehith-ɣo-lél] *ad operandum*. A עָלַל *molitus*, *machinatus fuit*, *studuit*, *egit*. Infin. Hith. assumpto ו loco dagesh, R. 73. לְהִתְעוֹלֵל *ad operandum operationes*. Targ. לְמִחְשַׁב *ad cogitandum cogitationes*.

3293 אֶלְחַם El-hhám] *comedam*. A לָחַם *edit*, *comedit*, Fut. Kal.

3294 בְּמַנְעַמֵּיהֶם Beman-ɣam-me-hém] *ex deliciis eorum*. A נָעַם suprà Num. 669. pl. masc. מַנְעַמִּים *res amœna*, *voluptates*.

Vers. 5.

3295 יָנִי Já-ni] *frangat*. A נוּא in Hiph. abjecto ו, הֵנִיא *fregit*, *labefactavit*, Fut. Hiph. יָנִי deficiente א pro יָנִיא Targ. יְבַטֵּל *labefactabit*.

Vers. 6.

3296 נִשְׁמְטוּ Nish-metú] *Demissi sunt*, *præcipitati*. A שָׁמַט *demisit*, *deorsum misit*. Præt. Plur. Niph.

3297 נָעֵמוּ Na-ɣé-mu] *grata fuerunt*. A נָעֵם vel נָעַם *jucundus*, *gratus fuit*, Præt. plur. Kal, cum (‥) pro (:) ob Sylluk.

Vers. 7.

3298 פּוֹלֵחַ Pho-léahh] *secans*. A פָּלַח *fidit*, in frusta sive partes *scidit*, *dissecuit*, Benoni Kal, cum (-) furtivo.

3299 וּבוֹקֵעַ U-bho-kéaɣ] *& findens*, sc. ligna. A בָּקַע *scidit*, *rupit*, Ben. Kal,

3300 נִפְזְרוּ Niph-zerú] *dispersa sunt*. A פָּזַר *sparsit*, *dispersit*. Præt. pl. Niph.

Vers. 8.

3301 תְּעַר Teɣar] (ne) *evacues*. A עָרָה *nudavit*, *evacuavit*, quia evacuando res nudatur. Fut. apocopatum Pihel, R. 67. תְּעַר pro תְּעָרֶה *ne nudes*. Tar. תְּרוֹקֵן *evacues animam meam*, i. e. ne sinas me perire citò. Cum n. anima è corpore exit, ex eo quasi effunditur.

Vers. 9.

3302 בְמַכְמוֹרָיו Bemach-mo-ráv] *in retia sua*. A כָּמַר *incaluit*, *adustus fuit*, & quia adusta contrahuntur, *contractus fuit*. Nom. Heemanth. מַכְמֹר *rete* quò pisces contrahuntur, i. e. concluduntur & retinentur. Plur. masc. cum Præfixo & Affixo.

PSALMVS CXLII. קמב

Verſ. 2.

3303 אֶזְעָק Ez-yák] *clamabo.* A זָעַק *clamavit, exclamavit.* Fut. Kal, אֶזְעַק cum (ָ) ob Athnach. In pl. cum ו Converſivo וַיִּזְעֲקוּ *& clamarunt.*

Verſ. 4.

3304 בְּהִתְעַטֵּף Behith-yat-téph] *In obvolvendo ſemetipſum*, i. e. cum curis obruitur animus meus. A עָטַף *involutus, opertus fuit*; ad animum relatum, curis obrutus, defatigatus, animi deliquium paſſus fuit. Infinitiv. Hith. בְּהִתְעַטֵּף quod Pſ. 143. 4. exponitur per Futur. cum ו converſivo, וַתִּתְעַטֵּף *à curis obrutus fuit.*

Verſ. 5.

3305 הַבֵּיט Hab-bét] *Intuendo*, i. e. quoad intueor. A נָבַט *intuitus eſt.* Infin. Hiph. pro Præter. abjecto נ R. 69. cum (ֵ) redundante.

3306 וּרְאֵה U-reé] *& videndo*, i. e. & video. A רָאָה *vidit.* Infin. Kal, ad formam Imperat. cum (ֵ) pro וּרְאוֹת.

3307 מַכִּיר Mac-kír] *agnoſcens.* A נָכַר *agnovit.* Part. Hiph. abjecto נ R. 69.

Verſ. 8.

3308 מִמַּסְגֵּר Mim-maſ-gér] *ex clauſtro.* LXX. *ex cuſtodia.* A סָגַר *clauſit, incluſit.* Nom. Heemanth. מַסְגֵּר *clauſtrum, clauſura.*

3309 יַכְתִּרוּ Jach-tí-ru] *cingent.* A כָּתַר *cinxit.* Fut. Hiph. cum defectu (ִ)

PSALMVS CXLIII. קמג

Verſ. 3.

3310 הוֹשִׁיבַנִי Ho-ſhi-bhá-ni] *fecit ut habitem.* A יָשַׁב *ſedit, habitavit*, Pr. Hiph. mutato (ִ) in ו R. 57. cum Affixo הוֹשִׁיבַנִי *collocavit me.*

Verſ. 4.

3311 יִשְׁתּוֹמֵם Jiſh-to-mém] *obſtupeſcet.* A שָׁמֵם *præ admiratione ſtupuit, obſtupuit.* Fut. Hithpah. per Metatheſin שׁ & ת, R. 47. & cum ו loco dageſh, R. 72.

Verſ. 5.

3312 אָשׂוֹחֵחַ Aſo-hheáhh] *meditabor.* Targ. *loquar.* A שׂוּחַ *locutus* eſt ore aut corde, meditatus eſt. Futur. Pih. R. 63.

Verſ. 6.

3313 פֵּרַשְׂתִּי Pe-ráſ-ti] *Expandi.* A פָּרַשׂ *expandit, extendit*, Præt. Pih. cum (ֵ) pro (ִ) ob excluſum dag. R. 19.

Verſ. 12.

3314 וְהַאֲבַדְתָּ Veha-abhádh-ta] *& perdes.* Ab אָבַד *periit.* In Hiph. *perdidit.* Præter. cum ו Converſ.

PSALMVS CXLIV. קמד

Verſ. 2.

3315 הָרוֹדֵד Ha-ro-dhédh] *Qui ſubjiciens eſt.* A רָדַד *ſubjecit, ſubdidit.* Benoni Kal, cum ה Relativo, quod 2 Sam. 22. exprimitur וּמוֹרִיד *& demittens*, deſcendere faciens, à יָרַד.

Verſ. 5.

3316 גַּע Gáy] *tange.* A נָגַע *tetigit.* Imper. Kal, abjecto נ, R. 68.

Verſ. 6.

3317 בְּרוֹק Berók] *Fulgura.* A בָּרַק *fulguravit*, coruſcavit, Imperat. Kal, בְּרוֹק legitur h. l. tantum.

Verſ. 11.

3318 פְּצֵנִי Petsé-ni] *libera me.* A פָּצָה

ape-

aperuit, sc: os. Ex usu Chald. per Metaphor. *redemit, liberavit*, qui n. aliquem liberat, vincula aperit. Imper. Kal, abjecto ה ob Affix. Targ. פְּצֵי יָתִי *redime me*. Et sic vers. 10. Benoni Kal, cum ה Relativo, הַפּוֹצֶה Targ. דְּפָצֵי *qui liberat*.

Vers. 12.

3319 כִּנְטִעִים Kin-ti-yím] *sicut plantulæ*. A נָטַע *plantavit*, Plur. m. נְטִעִים *plantæ, plantulæ*; cum (ִ.) absque (ִ) R. 4. n. 1. Et cum כ similitudinis, כִּנְטִעִים LXX. νεόφυτα *novellæ plantæ*.

3320 מְגֻדָּלִים Meghud-da-lím] *bene educati*. A גָּדַל *magnus fuit, crevit, adolevit, nutrivit*, nam pueri cum nutriuntur, augmenta capiunt. Part. plur. Pyhal.

3321 כְּזָוִיּוֹת Keza-vij-jóth] *sicut anguli*. Ab inusitato זָוָה fit Nom. fœm. זָוִית *angulus*, in pl. mutat ית in יּוֹת R. 32.

3322 מְחֻטָּבוֹת Mehhut-ta-bhóth] *excisi*. i. e. sicut anguli palatiorum, è lapidibus dolatis facti. Ab חָטַב ligna aut lapides *secuit, cecîdit, excidit*. Part. Pyhal.

Vers. 13.

3323 מְזָוֵינוּ Meza-vé-nu] *Pennuaria nostra*, vel *cella nostra*. A זָוָה (suprà Num. 3321.) fit Nom. Heemanth. plurale מְזָוִים *anguli interiores, cellæ, promptuaria, penuaria*, cum Affix.

3324 מְפִיקִים Mephi-kím] *depromentia*. LXX. *eructantia*. A פוּק In Hip. הֵפִיק *protulit, produxit*. Partic. plur. מְפִיקִים

3325 מִזַּן Miz-zán] *de alimento* in alimentum, i. e. alimentum juge. A מִן fit זַן *cibus, esca, alimentum* זַן אֶל זַן Targ. מִן שַׁתָּא לְשַׁתָּא *ab anno in annum*, h. e. ab eo anni tempore quo fruges colliguntur, usque ad idem tempus alterius anni. LXX. ἐκ τούτου εἰς τοῦτο *ex hoc in illud*, quasi esset מִזֶּה אֶל זֶה

3326 מַאֲלִיפוֹת Ma-ali-phóth] *mille parientes*. Ab אֶלֶף *mille*. Verbum in Hiph. הֶאֱלִיף *millificavit*, i. e. millecuplam sobolem produxit, unde Particip. pl. fœmin. מַאֲלִיפוֹת Targ. מוֹלִידָן אַלְפַיָּא *parientes mille*. LXX. πολυτόκα, *multipara*.

3327 מְרֻבָּבוֹת Merub-ba-bhóth] *myriadibus auctæ sint*. A רָבַב *multiplicavit*, Particip. fœm. Pyh. מְרֻבָּבוֹת *multis myriadibus productæ*, quæ significatio à nomine רְבָבָה *myrias* petita est.

Vers. 14.

3328 מְסֻבָּלִים Mesub-ba-lím] *prepingues*. A סָבַל *portavit, bajulavit*, Part. plur. Pyh. מְסֻבָּלִים *portare facti, onusti*, onerati carne scil. & pinguedine. LXX. παχεῖς *pingues*.

3329 צְוָחָה Tseva-hhá] *clamor*. A צָוַח *vociferatus est*. Nom. fœm. צְוָחָה *vociferatio, querela, clamor* præ dolore. Targ. צְוָחַת בְּכִיתָא *clamor fletus*. Solebant enim clamare in plateis, cum rumor malus de calamitate publica afferretur.

Vers. 15.

3330 שֶׁכָּכָה Schec-ca-chá] *cui ita* est, כָּךְ *sic, ita* apud Rabbin. est frequentissimũ pro כֹּה *sic*. Cum שֶׁ Relativo, R. 75. שֶׁכָּכָה *cui sic*, per geminationem כ

PSALMUS CXLV. קמה

Vers. 1.

3331 Hic Psalmus intitulatur תְּהִלָּה לְדָוִד *Laus Davidis*, quòd totus nihil sit nisi Dei celebratio. Ideo veteres Hebræi

